



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Pavli Laymann è Societate I: Theologiae Moralis  
Compendiv[m] absolutissimum et in quinq[ue] libros  
partitum**

**Laymann, Paul**

**Moguntiae**

Lib. II. De Fide, Spe, Charitate.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40716**

regulariter viuentes : prælationem verò nullatenus habeant.

- 7 Prælati Ordinum Mendicantium possunt dispensare cum suis super irregularitate, excepta bigamia vera & interpretatiua, & homicidio voluntario si occultum & iustum possunt dispensare à Martino V. etiã in bigamia similitudinaria possunt. 347.

## LIBRI SECVNDI

### TRACTATVS I.

De Theologica Fide, & oppositis vitiis.

#### CAP. I.

*Quid Fides?*

- 1 **S**ignificat promissionem fidelitatis. 2. Eximiationem de alterius constantia in promissis. 3. Conscientia, quæ dicitur in promissis fidei seruandam. 4. Sig. Assensum intellectus, quem præbemus quippiam afferenti propter auctoritatem eius. 5. Ipsum obiectum, quod certa fide credimus.
- 2 Penultima nobis seruit, & est fides, *assensus firmus quem animus præbet alicuius dicto*, ob auctoritatem loci centis 346.
- 3 Fides vna est humana, altera diuina. Diuina dicitur tam ex parte principii, quam obiecti esse supernaturalis. Hinc si credam reuelatis à Deo propter humana motiua, non est diuina sed humana, quia licet obiectum sit diuinum, tamen non principium.

Distin



Distinctio, quod humana non semper certum assensum, sed sæpe opinatiuum contineat. Diuina, autem semper firmum quamuis obscurum. Vnde differt à scientia, quia assensus sciētiae ideò firmus, quia ortus ex clara apprehensione connexionis terminorum, v. c. *Summum bonum est amarum, Deus est summum bonum.* Ergo, Fides autem diuina obscura est, neque inuetur veritatem obiecti, sed vnica ratio, seu moti- uum credendi est testimonium summæ veritatis, seu authoritas Dei reuelantis. 346.

Sola fides diuina infallibilem certitudinē habet, 4  
quippe Dei autoritate nitēs, quæ mentiri nō potest.

Fides diuina duplex. Habitualis est virtus supernaturalis, inclinans intellectum ad assentiendum firmiter & obscurè omnibus à Deo reuelatis, quatenus ita reuelata sunt. Fides autem actualis, est exercitium fidei. 346.

NB. Fides diuina tripli. em ordinē ad Deum habet. 5  
Credimus Deum significat obiectū primarium fidei, Credimus Deo, formalem rationē. Credimus in Deum finem Fidei denotat, quia fides in intellectu sita, obscurè nobis exhibet Deum ad quem per Spem & Charitatem accedere debemus. 347.

## CAP. II.

*De obiecto, seu subiecto Fidei.*

NB. Intellectus assensus obiectum debet esse aliquid complexum, scilicet propositio, V. C. Deus trinus & vnus est. Subiectum autem de quo aliquid dicitur est incomplexum.

Materiale obiectū Fidei, est verbū Dei, seu quid- 1  
quid diuinitus viatoribus obscure reuelatum est.

P 3 V. C.



V. C. Deus est, Deus trinus & vnus est, Filius Dei homo factus est.

Subiectum fidei primum, quod attributioni appellatur, id est, ad quod reliqua omnia in fide referuntur, est Deus. 347.

2 Verbum Dei tripliciter diuiditur: Aliud, quod Deus per se ipsum, nullo legato interueniente reuelat. Talis vox erat de Cælo Matth. 3. *Tu es Filius meus dilectus.* Aliud per legatum, v. c. prophetas, Patriarchas. 3. per Apostolos.

3 Verbum Dei aliud scriptum, aliud non scriptum siue traditio. Ratio, quia omnis ritè instituta Res publica partim scripto, partim non scripto iure reuelatur. Ergo, Conuenit etiam Rempublicam Christianam, &c. Libri possunt absumi.

NB. Verbum Dei, aliud habet publicam auctoritatem, vt Biblia, traditiones Apostolicæ, Canonica. Aliud priuatim alicui à Deo reuelatur. 348.

4 Ecclesiæ definitiones verbum Dei appellare possunt. Ratio, quod traditio verbum Dei; Qui vocat, me audit. Si quis Ecclesiam non audierit. Vnde sic argumentor. Omnis sermo præcedens ex inuoluntari libili assistentia S. Spiritus, est verbum Dei reuelatum. Sed definitio Ecclesiæ est sermo, &c. Ergo.

NB. S. Gregorius. *Sicut Sancti Euangelii quatuor, sic quatuor Concilia,* (Nicænum, Constantianum, Ephesinum & Chalcedonense) veniunt me, ac suscipere fateor 349.

Distinctio inter verbum Dei, & definitionem Ecclesiæ.

NB. Ecclesia non accipit nouas reuelationes, assistente Spiritu S. docet, quod verbum Dei scriptum, vel non scriptum, & quod supposititium in de quis verus sensus, &c.



NB. Explicitè iam creditur, quod olim implicite, V.C. Concilium Nicænum canonicum esse. 349. Item, quæ Ecclesia ex vna reuelata, & altera naturali lumine nota propositione deducit, & fidelibus credenda proponit.

NB. Non mirum, quod multus labor infumi debet in definiendis controuersis perscrutando scripturas, siquidem cessante iam miraculorum frequentia, Ordinariis mediis Deus Ecclesiam suam gubernat. Nam idem tempore Apostolorum, vbi cum controuersia Act. 15. orra, vtrum circumcisio & lex Moysis seruanda à gentibus conuersis, magna inter Apostolos conquisitio facta est.

NB Disputationes cõcomitantes sententiam definitiuam Ecclesiæ, non sunt de fide. 350. Sed omnia verba Scripturæ Bibliorum de fide.

## CAP. III.

*De rationibus seu motivis Fidei diuine.*

**A**sertio I. Ratio formalis fidei diuinæ seu formale principium, quo fidei diuinæ assensus nititur est auctoritas Dei obscure reuelantis: vbi duo continentur: In obiecto formali Dei veritas, & externa reuelatio. Prius illud est principale, quippe valor externæ reuelationis.

Assensus Fidei postulat reuelantis euidenciam non absolute & secundum Essentiam, sed quatenus Deus loquens est: nec postulat euidenciam rei reuelatæ, claram & intuitiuam: nam sic oriretur scientia. Fides autem est argumentum rerum non apparentium. S. Augustin. *Quid est fides? nisi credere quod non vides.* Ratio, quia frustra aliquis testimonio nititur

P 4 ad veri-



ad veritatem sibi persuadendam, quæ vltro apparet, & clarè nota est.

- 2 NB. Fides cum scientia humana de eodem obiecto, diuerso respectu potest consistere, nõ verò cum scientia supernaturali,

NB. Euidencia rei reuelatæ extrinseca & respectiva in ordine scilicet ad reuelantem non parit scientiam rei reuelatæ, sed potest cum obscura fide consistere. 351.

- 3 NB. Fidei assensus licet non obiectiuè etiam subiectiuè quoad intellectum requirit, etiam alia adimicula, scil. Concionatores. item coram Ethnicis maximè consensum, tot 1000 hominum miracula, virtus innocentiam, &c. 352.

Notæ Ecclesiæ, quæ sunt Conditiones sine quibus non; non intrinseca & formalia principia, sed solum quoad res extrinsecas & accidentales corroborantes intellectum. V.

Ad Dei bonitatem & prouidentiam spectat, veram fidem maioribus & urgentioribus signis confirmare, quam vlla falsa religio ornata apparet. Nulla autem est religio, tam grauibus, &c. Ergo hæc ipsa est vera fides. 353.

Sed obiicitur, Dictam ratiocinationem, cuius maior & minor euidentis videtur, esse demonstratiuam, qua patitur scientia de veritate propositionis Fidei, quod supra negatum est. Respondeo, In terminis non atheo, sed certam Dei persuasionem habente, ratiocinatione illa exactè apprehensa, generari potest assensum de veritate fidei Catholicæ moraliter certum; sed nõ propriè euidentem & scientificum, quippe certalis euidentia, per quã fides excluditur, nasci debet non ex principiis extrinsecis, sed intrinsecis ipsius re-

cognita



gnita, qualis illa, quod innumeri homines à pluribus  
seculis tanquam oculari testes asseruerunt, id verum  
est: sed innumeri homines &c. asseruerunt Romam  
esse vel fuisse; ergo id verum est. Assensus iste, licet  
moraliter certus ac indubitatus, tamen est Fidei, non  
scientificus, quatenus habetur de Romæ aliquan-  
do existente veritate & non præcise de credulitate.

NB. Intellectus viatoris ad assensum fidei diuinæ 4  
in genere causæ efficientis indiget auxilio Spiritus S.  
*Nemo potest venire ad me, nisi pater. &c.* Ioan. 16 Ratio.  
Assensus diuinæ fidei requirit maximam certitudi-  
nem, quam secundum ordinariam Dei legem homo  
non potest sufficienter habere ex formali obiecti  
principio, quæ est reuelatio Dei, utpote obscura. V.  
C. si gentili dicas, Verbum Dei, quod Mattheus, esse  
diuinitus reuelatum, non meretur certum assensum,  
nam non apparet ipsi, nec extrinseca motiua per se  
sufficiencia ad persuadendum sunt non absolute fal-  
libilia. Ergò necesse est, adiuuetur Intellectus à Spiri-  
tus S. gratia.

N. Licet virtus sit intellectualis, tum requirit  
piam affectionem liberæ voluntatis, mouentis intel-  
lectum ad assensum, nam certitudo fidei; non proue-  
nit ex speculatione obiecti, sed ex determinatione  
arbitrij liberi. 354.

Requisita ad conuertendos hæreticos. 1. Indu-  
ctio ad pœnitentiam. 2. Bonum exemplum. 3. O-  
stendere non in quauis Religione Salutem, sed v-  
nam esse veram fidem, in qua salui fieri debeant.  
4. Propositio notarum Ecclesiæ veræ, & falsæ absur-  
ditates & contradictiones. 5. Motio ad imploran-  
dam gratiam Spiritus Sancti.

N. Hæretici solum fide acquisita externis huma-  
nis



nis motiuis multa credunt, vi supernaturali infusa, nec propter diuinam reuelationem, hinc in constantes & dissentientes. Hinc S. Hilarius lib. 7. de Trinit. *Dissentio hereticorum confirmat Ecclesiam veritatem.* 355.

§ NB. Etsi ad supernaturalem Fidei assensum requiratur illustratio Spiritus Sancti, tamen non est sufficiens argumentum probandæ fidei, vt Calvinistæ iactant, nam Angelus Sathanæ sæpè transfiguratur se in Angelum Lucis.

## C A P. IV.

*Vtrum fides diuina discursiua sit.*

1 NB. 1. **F**ides diuina non est discursiua circa omnia  
2 **o**biecta sua, quia sic daretur processus in  
infinitem. Esto enim quod S. Trinitatem esse, discursiue credam, quia id diuinitus reuelatum, tum ipsam reuelationem non possum credere propter aliud, sed immediate sine discursu. Nec inde sequitur, quod per se euidens & nota sit, sicut principia ex scientiis demonstratiuis per se nota sunt ex terminis. Verum in hoc similitudo, sicut principia scientiarum non probantur à priori sed per se nota acceptantur: ita principia credendorum in fide diuina, quæ sunt reuelatio Dei non ostendi debent per aliquod principium per se loquendo, sed supponitur alioquin processus in infinitum. 356.

Per accidens tamen, seu respectu nostri, reuelatio per aliquod tanquam medium seu motiuum potest probari, vt, V. C. Si credas Euangelium S. Matthei esse verbum Dei, quia Ecclesia assistentiam Spiritus S. habens, id definit.

3 NB. 2. Credibile est, quod omnibus aliis obiectis materialibus humanis intellectus assentiri possit.



per fidem, sine discursu formali. V. C. quod Deus est, quod Trinus propter reuelationem.

NB. 3. Probabilissimè dicitur fidem esse posse 4 discursuam circa pleraq; obiecta materialia mediatra. Talia sunt obiecta, quod Deus trinus & vnus, quod filius Dei incarnatus. V. C. Credo verbū Dei incarnatū, cur? Resp. afferens rationē à priori, ideò credo, quia à prima veritate reuelatum. Cur credis talē reuelationē esse factā? non possum tū aliam rationem afferre: Sed respōdeo. Talia signa extrema mihi proposita esse, vt secundū regulas prudentiæ fidem hanc libe a voluntate cū Dei auxilio acceptarim: & verò Spiritus S. illuminācis gratia certissimè me credere, vt pro hac fide paratus sim mortem oppetere.

Corollarium: Si homo fidelis ita ratiocinetur: Quidquid Deus veracissimus reuelauit, id verū est, sed Deus veracissimus reuelauit se trinū esse in personis, vnū in Essentia: Ergo Deus trinus & vnus est. In hoc discursu, tū maior tū minor propositio, adeoq; etiā Conclusio fide diuina credūtur, quia licet maior propositio etiā naturali lumine euidens sit, assensus tamē fidei non nititur ei<sup>9</sup> veritate, quatenus naturaliter cognita est, sed quatenus fide releuatū, Deū veracem esse in dicendo. Quamobrē cū omnes propositiones vnico formali principio, scil. diuina reuelatione nitantur, consequens est à fidei habitu provenire. 358.

Caterum si ex vna propositione Fidei, & altera naturaliter tantum euidente conclusio infertur; ea non ad Fidem infusam, sed ad naturalem & acquisitū Theologiæ habitū spectat. V. C. Omnis homo est risibilis, Christus est homo, E. risibilis. Hæc cōclusio per se nō est de fide; Ratio, quia nō ex sola fidei propositione, sed altera etiā naturaliter nota intrinsecè depen-

depen-



dependeat. Secus, si ecclesia definiuit: Tunc enim esset de fide Conclusio, quatenus per os Ecclesiae a Deo reuelatur.

6 NB. Actus Fidei omnes sunt eiusdem speciei, & diuersitas sola est materialis, proueniens ex diuerso modo tendendi in obiectum, tamen sub eadem ratione formali. Quemadmodum enim actus Charitatis circa Deum, circa nos & circa proximum eiusdem speciei sunt, propter vnicam formalem diligendi rationem, quæ est diuina bonitas, quamuis modus tendendi in Deum, & alia obiecta diuersus sit; quia Deum immediatè amamus ex charitate propter seipsum, nos autem & proximum propter Deum, siue in ordine ad Deum. Ita etiam dicendum omnes actus fidei eiusdem esse speciei, propter vnicam rationem assentiendi formalem, quæ est prima veritas reuelans; quamuis modus assentiendi diuersus sit. Nam ipsam veracissimam Dei reuelationem per se ipsam, aut propter seipsam credimus: rem autem reuelatam, puta SS. Trinitatem, Christi incarnationem &c. mediate, ac propter diuinam reuelationem credimus. Ex quo etiam apparet crimen, cui aliquis in naturalibus statuatur habitus principiorum: alius verò habitus scientificus conclusionum, quia sub diuersa ratione formali, seu motiuo tendunt in obiecta sua: nam principijs naturaliter eisdem assentitur intellectus propter terminorum in complexorum perspectam habitudinem; Conclusionibus verò assentitur propter principia seu propositiones præmissas. At verò in fide diuina eadem est ratio assentiendi obiectis omnibus, videlicet diuina reuelatio. 360.



## C A P. V.

*De Resolutione Fidei.*

NB. **F**ides diuina ex parte obiecti ac motiui formalis, resoluitur in authoritatem Dei reuelantis. Credo Deum esse incarnatum, Ecclesie definentis authoritatem intelligibilem esse, quia prima & summa veritas hæc nobis reuelauit. Deum autem veracem nobis reuelasse, ulterius resolui, per fidem probari non potest, nec debet, quia principia resolutionis non probantur sed supponuntur.

Verum in ordine ad nos, reuelatio diuina credibilis, & acceptabilis fit per extrinseca motiua, inter quæ vnum ex præcipuis meritò censetur authoritas & consensus Ecclesie, tot seculis, tanto numero hominum clarissimorum, florentis, item miracula &c. 362.

NB. Alios alijs facilius moueri ad fidem amplectendam, tum propter maiorem Illustrationem Spiritus S. tum propter animi sui simplicitatem, quia de opposito errore persuasionem nullam concernunt. Quæ ratione pueri apud Catholicos, ad vsum rationis peruenerunt, acceptant Fidei mysteria, tanquam diuinitus reuelata, quia natu maiores & prudentes, quos ipsi norunt, ita credere animaduertunt. 362.

## C A P. VI.

*De Ordine Rerum credendarum.*

**I**nter credenda absolutè primum est, quod Deus sit. Dicitur hoc naturaliter potest cognosci. Resp. 1.<sup>i</sup> potest cognosci naturaliter, quod Deus sit author naturæ, & effector huius mundi: sed hæc cognitio non sufficit ad salutem. Sed requiritur vt agnosca-



gnoscamus Deum esse auctorem gratiæ & gloriæ, quod lumine naturali non assequimur, sed supernaturali.

NB. Habitus naturalis scientiæ & infusus fide de Deo, si loquamur de naturali obiecto, possunt simul consistere in eodem intellectu. 362.

Nam qui scientiam acquisitam seu demonstrationem de Deo habet, is nihilominus piè intellectū inclinare poterit, cum Dei auxilio, ut Fide etiam diuina credat, Deum esse authorem naturæ, &c.

- 2 Affert. II. Inter Speciales articulos Fidei non est aliquis Ordo simpliciter necessarius; quia vnus articulus ab altero non dependet, tanquam à formali principio & motiuo; sed omnes præcipuè dependent à veracissimi Dei reuelatione.

Affert. III. Conuenientior tamen Ordo credendi fidei articulos est, qui in Symbolo Apostolico continetur. 1. Mysterium SS. Trinitatis. 2. Incarnatio verbi; Missio Spiritus S. Ecclesiæ Catholice Sanctitas, & infallibilis authoritas. Septem Sacramenta; hominisque iustificatio & glorificatio. 363.

- 3 Affert. IV. Pro Hæreticis illæ fidei propositiones, & Sacræ scripturæ testimonia, quæ ab ipsis bono sensu recipiuntur, argumenti loco assumi possunt, & alia quæ ipsi negant, utpote non quidem per se, sed ad hominem accommodata. Deinde hæretici maxime per traditionem conuincendi. Nam licet Scripturam vrgeant, non tamen probare; unde ipsis constet; Euangelium Matthæi esse Matthæi, & non Nicodemæ. 363.



## C A P. VII.

*De proponente Fidei.*

**E**cclēsiæ Ministri, V. C. Parochi & Episcopi singuli possunt errare in rebus fidei, quia nullum extat priuilegium, quamuis omnes Doctores simul nō possunt errare, cum populus illis adhærebit, & sic tota periclitaretur Ecclesia, quod fieri non potest.

Pontifex vt priuata persona potest incidere in hæresin etiam notoriam, quia non extat priuilegium, quare promissio à Christo S. Petro facta potest extendi ad Pontifices, vt priuatas personas, sed vt ad successores Petri in pastoralis potestate docendi. 364.

Ad reliquos Episcopos pertinet iudicare, num summus Pontifex vt priuata persona errarit: Ita Concil. 5. Romanum sub Symmacho Papa. *A multis antecessoribus nostris synodaliter decretum, atq; firmatum est, vt oues Pastorem suum nec reprehendere, nisi à Fide exorbitauerit, præsumant.* 364.

NB. Quamdiu summus Pontifex toleratur ab Ecclesia, decreta eius omnem vim habent, quia id pertinet ad conuenientem gubernationem Ecclesiæ, sicut etiam in alia bene constituta. Repub. tamdiu acta publici Magistratus valent, quamdiu in tali munere relinquuntur. iuxta l. Barbarius ff. de officio Prætorum.

Affert. III. Summus Pontifex etiam sine Concilio in decretis Fidei vniuersalibus, Ecclesiæ toti proponens non potest errare. Probat, quia sic tota Ecclesia possit induci in errorem, quod contra Matth. 16. *Porta Inferi &c.* Deinde probatur Quia Ecclesia reliqua summo pontifici, vt mēbra capiti adhæreret tenetur: ergo si ille falsum, tota Ecclesia in errore. 365.

NB. Interim nihil obstat, quominus Summus Pontifex

Ponti-



Pontifex leges condatur, quæ ob circumstantias Ecclesiæ minus expediant; ut si in censuris ferendis nimis seuerus, aut in dispensationibus & indulgentijs nimis facilis sit: propterea eiusmodi decreta Pontificum; si Ecclesiæ minus vtilia appareant, à successoribus quandoque reuocantur. 366.

3 Assert. IV. Summus Pontifex etiam ut publica persona errare potest in diiudicandis particularibus quæstionibus, quæ plerumque de facto sunt. Ratio. Quia assistentia Spiritus S. promissa est petro & successoribus eius in ordine ad Ecclesiam, ne eam in errorem inducant: cuius rei periculum non est in decretis ad vniuersam Ecclesiam non attinentibus. 366.

4 Assert. V. Decreta generalium Conciliorum approbatorum, non possunt esse falsa, quia Ecclesia vniuersa non potest errare. Matth. 16. & 18.

Episcopi autem ex vniuerso orbe cum capite se representant vniuersam Ecclesiam.

Ergo, quæ in tali Concilio decreta.

5 Coroll. 1. Ad summum pontificem proprie pertinet, Concilia generalia congregare, quia ad eum pertinet, qui omnium nationum Episcopis cum auctoritate imperare potest. Hic autem est Summus Pontifex. 2. Constat ex praxi Ecclesiæ, ut Lucernus Legatus Romanus in Chalcedonenſi Concilio ait: *Synodum ausus est facere, Dioscorus Alexandrinus Archiepiscopus, sine auctoritate Apostolica, quod nunquam licuit, nunquam factum est.*

Concilia omnia Oecumenica Romani Pontificis auctoritate conclusa: Nicænum à Syluestro indictum; Ephesinum à Cælestino, qui vices suas Cyrillo Alexandrino Episcopo congregandi commisit.

Chal



Chalcedonense constat ex Epistola Valentiniani & Martini Imperatorum.

Constantinopolitanum ex Nicephoro constat in Epistola ad Damasum Papam 367.

NB. Imperatores non vt Iudices adsunt Concilijs, sed vt presentia sua cohonestent, Synodum defendant, & externa auxilia praestent: Ita S. Ambrosius id agnouit, inter alios Constantinus Imperator lib. 1. cap. 1. apud Ruffin. vbi ita alloquitur Patres Niceaë congregatos: *Deus vos constituit Sacerdotes, & potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi; & ideo nos à vobus rectè iudicemur.* 369.

Coroll. 2. Ad summum Pontificem pertinet etiam definire, qui libri canonici, qui apocryphi (N. Canon est id, quod certo numero, aut limite definitum est.) Inuenies autem Canonem S. librorum apud Gelasium Papam. Apocryphi dicuntur, quorum auctoritas obscura, & qui ab Ecclesia in canonem Scripturarum relati non sunt.

Coroll. 3. Symbolum Fidei ordinare, aut de nouo edere ad summum pontificem spectat. Ita S. Thomas: *Quia noua editio symboli ne essaria est ad vitandum errores. Ad illius ergo auctoritatem pertinet editio symboli, ad cuius auctoritatem pertinet finaliter determinare ea, qua sunt fidei.*

N. Quadruplex Symbolum: Apostolicum: Nicænum: Constantinopolitanum: Athanasianum. Cur Symbolum Nicænum publicè in Missa?

Quia est declaratiuum Symboli Apostolorum (quod occultè legitur in horis) & quia conditum tempore pacis, fide iam manifestata: At Symbolum Apostolicum, tanquã feruente persecutione conditum, iuxta primã suam originẽ, quasi occultatur. 371.

Q

NB. Sym-



NB. Symbolum Fidei articulis suis constat. Articulus autem est sectio siue membrum quoddam rursus Symboli continens in se peculiarem reuelationem à Deo Ecclesiae factam, ad uitae aeternae consecutionem.

Tria requiruntur ad articulum Fidei strictè & propriè sumptum, 1. Vt contineat Dei verbum Ecclesie publicitus propositum. 2. Vt contineat distinctam propriam credendi difficultatem, quae per reuelationem Dei auctoritatem superanda sit. 3. Vt contineat reuelationem Fidei per se & non per accidens reuelatam.

NB. Distinctio articulorum Fidei in Symbolo alijs, quia per illos directè ordinamur ad beatitudinem consequendam; alia verò, quae indirectè ob idem finem intelligentiam, reuelata sunt. V. C. quod Abraham duos filios: non propriè loquendo, censens articuli, quamuis reducantur ad fidei articulos, aequè credi debent; idè latè loquendo articuli propositiones fidei non malè dicuntur.

NB. Licet pro numero Apostolorum 12. Articuli numerentur, tamen secundum numerum reuelationum credendarum 14. à Doctoribus depinguntur. Septem in parte ad diuinitatem pertinent. Septem in parte Christi opera explicant. 371.

10 Coroll. 4. Ad summum pontificem etiam pertinet, haereses iudicare & condemnare. Constat ex dictis. 371.

### C A P. VIII.

*An, & quatenus fides necessaria sit, necessitate medij ad salutem.*

1 Fides diuina supernaturalis; alia habitualis, et in Infantibus baptizatis, alia actualis, in vtriusque ratione. Actualis duplex alia explicita, alia implicita, perquam scilicet fidei propositio non in se



ciatim (vti explicita) sed in aliqua alia; in qua implicite continetur, generatim creditur, V.C. qui credit verum esse, quicquid Ecclesia credendum tradit, is etiam implicite mysterium SS. Trinitatis, Incarnationis, &c. credit. 372.

Supponendum I. Duobus modis aliquid dici necessarium ad salutem; necessitate medij, & præcepti. Medij est, sine quo homo, etiam sine culpa sua saluari non potest, vti baptismus in Infantibus, & pœnitentia in adultis, lapsis. Necessitas præcepti est, sine cuius executione homo saluari non potest, si exequendi facultas suppetat, secus si propter ignorantiam vel aliam impotentiam à præcepto excusetur.

Aff. 1. Fides habitualis necessarium medium ad salutem tam paruulis quàm adultis. Ratio, quia anima non est accepta Deo, super naturalium bonorum largitori, nisi supra naturæ vires eleuata, secundum intellectum ornata sit habitu supernaturalis cognitionis, aut fidei, secundum voluntatem verò habitu supernaturalis amoris.

Aff. 2. Actualis & explicita vnius Dei Fides supernaturalis; necessarium medium adultis ratione videntibus; Ex Apost. *Sine fide impossibile, &c.* Ratio. Deus adultos saluare non vult nisi cum eorum cooperatione: atq; cooperatio hominis ad salutem vtilis, non est sine fide naturali, quia sine ea operatio nullam habet proportionem ad finem beatitudinis supernaturalis. Ergo fides necessaria, &c.

NB. In vno casu adultus potest vitam æternam consequi sine merito condigno; si nimirum Catechumenus imperfectè pœnitens in phrænesi baptizatur & postea moriatur. 373.

NB. Fidem supernaturalem non solum necessariam esse

Q 2 esse



esse ex parte principij seu auxiliij diuini, sed etiam parte obiecti, quia non satis est cognoscere Deum aut horem naturæ, sed etiam autorem supernaturalium rerum gratiæ & gloriæ, cum talis cognitio fundamentum accessus ad Deum.

4. Assert. 3. Post lapsum fides actualis in Christo saltem implicita, in veteri fuit, medium necessarium ad salutem omnibus adultis ratione utentibus. In 14. Nemo venit ad patrem. Secundò ratione; quia sicut in statu naturæ adulti non potuissent saluari a lapsum sine cognitione Dei creatoris & sanctificatoris: ita in statu lapsæ naturæ non sine cognitione Christi redemptoris & medici humani generis. Vult enim Deus, ut homines quærant Medicum animarum, Christum, at non possunt illum inuenire sine fide; 36.
5. Necessitate præcepti debebant habere experientiam, saltem confusam, fidem de Christo redemptore, secundum modum reuelationis ipsis factæ.

Probabile est fidem explicitam SS. Trinitatis non esse necessarium medium ad salutem post Evangelij promulgationem, quia non potest ex scripturis probari.

Nam Gentiles inuincibiliter ignorant fidem Christianam, possunt cum auxilio gratiæ diuine credere Deum autorem supernaturalium donorum, in eum spem suam collocare, & diligere super omnia, & sic iustitiam coram Deo consequi, quamuis tribus rebus implicite fide in Christum. Nam sicut in Actibus Cor. 15. Secundò, quia rudes Christiani non explicitè credant Mysteria SS. Trinitatis & incarnationis, deinde quid dicemus de surdis & mutis, quibus baptizatis reliqua Sacramenta ministramus.

Contraria sententia etiam probabilis; quia quædam



non credit in eum, iudicatus est. Ioan. 3 sed refutatur. Rectè inde ostendi non quidem necessitatem mediæ absoluti, sed præcepti ijs incumbentis, quibus annunciatum est. 374.

NB. In noua lege requiritur explicita & distincta fides, scilicet esse hunc Dei filium, vnum in natura cum patre & Spiritu Sancto, discretum personaliter. Cum iam in veteri sufficiebat Fides confusa de Christo venturo. 372.

## C A P. XI.

*Quæ Fides, aut Rerum diuinarum cognitio necessaria sit, necessitate præcepti.*

**A**ssert. 1. Hominibus impositum præceptum à Deo, de actu Fidei supernaturalis. Nam incumbit ipsis lex naturalis, ad finem suum tendendi, ad quem creati sunt à Deo. Initium autem huius viæ, qua ad Deum vt finem nostrum tendimus est Fides. Heb. 11. Nam *Accedentem ad Deum oportet credere.* Hoc autem præceptum Fidei non est in Decalogo, sed tanquam Fundamentum præsupponitur.

**A**ssert. 2. Hominibus etiam præceptum de credendo redemptore Christo, secundum mensuram reuelationis, pro temporum aut personarum varietate, facta, impositum. Cqm enim Christus caput, Dux via & medium ad vitam æternam à patre constitutus, conuenit, vt hoc caput, hunc Ducem, &c. cognoscant. 375.

NB. Iudæi obscurum Redemptorem aliquem credebant, nec opus erat hunc fore filium Dei, quia nobis clarè reuelatum, nisi Adamo, Henoch, Iob, &c. patriarchis, quibus speciali gratia mysterium SS. Trinitatis & incarnationis reuelatum.

**A**ssert. 3. In lege Evangelica adultis ratione 2

Q 3

uten-



uentibus necessaria est necessitate præcepti actus  
& explicita fides articulorum, saltem secundum ip  
rum substantiam licet conceptu imperfecto app  
hendantur : quia id exigit professio hominis Ch  
stiani, & non Catechumeni ad Baptismum.

NB. Quod si qui sint adeo rudes, vt nullis præ  
cationibus ob penuriam insti uctorum ex inuincibili  
ignorantia solum credant, quicquid Ecclesia credi  
excusandi à mortali sunt & saluandi. 377.

Parochi tenentur instruere, & sub censuræ po  
possunt cogi. 377.

3 Assert. 4. In omni hominum statu, necessitas  
præcepti, credi vel cognosci ea omnia debent, quæ  
vel fidei exercendæ, vel honestè viuendi causa  
lute[m] requiruntur. Sic olim in veteri, animæ immu  
talitas, hominem egere gratia & iustitia, sub Mo  
Circumcisio : In lege noua, Missæ sacrificium, &  
ptem Sacramenta religiose colantur. Item fideles  
ligati, vt sciant Pater, Aue, Credo, 10. Præcepta Sa  
clesiæ, si non verbotenus, saltem secundum substantiam.

NB. Obligationem memoriter mandandi; Pater  
Aue, Credo, Decem præcepta esse solo sub veniali.

#### C A P. X.

*Quo tempore præceptum fidei diuina obligat*

NB. **D**uo esse præcepta Fidei, secundum ad  
internum. Vnum affirmatiuum, vt credi  
mus mysteria Fidei à Deo reuelata. Alterum negati  
uum, vt non dissentiamus fidei mysterijs, nec de  
rum veritate dubitemus. 377.

1 Assert. 1. Negatiuum non dissentiendi nec dubi  
tandi de articulis Fidei, postquam sufficienter præ  
2 positi nobis, obligant. 2. Affirmatiuum exerceri  
in



Interdum actum non omnitempore obligat, sed certis casibus. 1. Quamprimum homini proposita fidei mysteria, tenetur statim assentire, quia hoc iure naturali pertinet ad officium viatoris; ut dum in via est, ad propositum sibi finem tendat; id autem præstare non potest, nisi finem suum, qui Deus ac beatitudo est, cognoscat, & quæ ad hunc finem consequendum necessaria. 378.

Tunc mysteria fidei alicui sufficienter proposita consentur; quando ex notis propositis adeò appareat, ut secundum regulas prudentiæ moueri debeat ad fidem acceptandam, Regulæ prudentiæ sunt mirabilis ordo machinæ mundi, & dependentia ab aliquo superiore gubernatore, ite persuasio tot. 1000. hominû prudentium. Accedit longè securius esse fidem hanc, quod Deus sit acceptare, & quod inquiringibus se remunerator sit: ne si non acceptatur, nihil muneris, sed pœnâ potius ab eo consequatur. 378.

NB. Turcæ & hæretici, cum de nostra Religione audiunt, & dubitare incipiunt, tenentur ponderare, atque utrimque ponderati, tenentur ob notas, quibus nostram Deus ornauit, acceptare, etiamsi eorum secta eis verisimilis videatur.

Secundò exercitium fidei obligat in extremis, tum enim homo magis tentatur contra fidem, idcirco têtatio illa contrario actu fidei superanda est. 379.

## C A P. XI

*De præcepto externæ fidei confessionis.*

**A**sert. I. Nullo casu licet externa voce aut signo fidem negare, est Christi Domini apud Matth. 10. *Qui me negauerit.* Nam & præceptum negatiuum, V. C. ne fidem veram abneges, præcepta auté negatiua, utpote iuris naturalis semper obligant. 380.

Q 4 Quod



Quod si ficto animo neges, & tamen intimè moneas constans. Respons. Licet secundum Sanchez verè non fias hæreticus, tamen in te grauissima mentis. Christus Luc. 9. Qui me erubuerit coram hominibus, 380.

- 2 Fidem exterius fateri non semper necessarium sed licitum interdum dissimulare & tacere. Ratio quia præceptum de confessione Fidei est affirmatiuum, quod non obligat secundum omne tempus, sed in certis casibus seu concurrentibus, debitis circumstantijs obligat, si necesse ad cultum Dei, aut spirituale vtilitatem proximi, aut ad propriam salutem tuendam. V. C. si tua taciturnitate sequitur contemptus relig. Catholicae proximorum scandalum, teneris fateri, & si ex tua confessione augmentum Religionis aut cultus diuini consequitur, teneris etiam cum periculo vitæ. 380.

NB. Sine necessitate aut vtilitate fidem apud hæreticos fateri temerarium.

- 3 NB. Simulare quod non est, non licet, quia mendacium intrinsecè malum dissimulatio verò quod est sine veritate, & ob id verbis, alijsue signis ambiguitate vti quandoque licitum, si scilicet non tenearis rogatus respondere. V. C. si vilis homo rationem fidei à te postulat, si neges te Catholicum peccabis grauiter, si taceas aut dicas; quid ad te? non peccas Si verò Magistratus aut persona publica, tunc peccas, si non fateris, Ratio, quia talis dissimulatio, cum scandalo & detrimētō catholicæ religionis iuncta esse solet. 381.

NB. Si ficto animo dicas, te esse Turcam, aut hæreticum, aut alio signo, peccabis, ob circumstantiam concurrentem. 381.

- 4 Probabilis est non esse peccatum mortale ob grauem causam, V. C. mortem euitandam, aut iustam ab hoste victoriam portandam, vti vestibus gentilium. Ratio, quia



tales vestes per se non directè protestatiua falsæ religionis: leu res sunt per se indifferentes: ita etiam sacerdos iter faciens per terras hæreticorum instar laici incedens non peccat, quia non tenetur statū suum vestibus ostendere. Estque magna distinctio inter verba & vestes: nam verba per se subordinata sunt conceptibus ad rem significandam: at vestes per se sunt ordinatæ ad tegendum 382.

Nota: Non licet occultis Catholicis sumere cœnam cum hæreticis: quia per circumstantias personarum loci, &c. determinatur ad significandum cultum religionis hæreticæ. 383.

Licet verò concessio carnis secundum se sit indifferens, tamen spectatis circumstantiis v. c. si in loco hæretico diceretur tibi die veneris, *qui Euangelicus est, suo papa inimicus, comedat carnes*; peccabis, si non protesteris, dicendo, hoc non debere esse signum explorandæ religionis, cum multi etiam Catholici licentiam habeant: Quid si iridereris non comedendo? Item si non grauius periculum quam hoc tibi imminet, teneris abstinere.

NB. Si sine scandalo audias concionem hæreticam, vt errores hæretici ministri notes ad confutationem, permittendo hominibus falsam persuasionem, te hæreticum esse, non peccabis 383.

Quod si verò à publico hæretico Magistratu cogaris ad hæreticam concionem, cum id directè tendat ad coactionem ad hæresin grauissimam; peccabis si pareas, vt constat ex Pauli V. Pontificis Epistola ad Anglos. 383.

NB. Ex decretis pontificum teneri beneficiandos parochos graduandos facere professionem Fidei. 384.



*De Infidelitate eiusq; speciebus.*

NB. **D**Vplex est infidelitas, quæ non peccatum, utpote si infidelis de fide nihil unquam audiuit, hoc Rom. 10. *Quomodo credens ei, quem non audierunt.* Ioan. 15. *Si non venissem, & locutus ei fuisset,* &c. Aut licet audiuit, tamen post diligentem considerationem, non deprehendit sufficientia argumenta.

1 Altera infidelitas est formalis, cuius tres sunt species, aut enim infidelitas aduersatur fidei susceptæ in typo aut figura, & est Iudaismus, vel aduersatur fidei cum veritate susceptæ, estque apostasia & hæresis, quæ ita differunt, quod illa Fidei veritates uniuersim, hæc ex parte abiiciat: vel infidelitas aduersatur fidei non susceptæ, & est Paganismus. 385.

2 Infidelitas superat omnia peccata, quæ ad mores pertinent. Nam directè impedit remissionem peccatorum. Hinc illud Domini, Ioan. 8. *Si non credideritis, quia ego sum, moriemini in peccato vestro.*

3 Inter infidelitatem merè negatiuam, & omnino inculpatam & inter formalem, media, quæ fidei priuatiue opponitur, & non est aliud, quam ignorantia in rebus fidei culpabilis, sed non pertinax: V. C. Si catholicus ex vincibili ignorantia opinionem aliam quam fidei repugnantem teneat, paratus tum mutare, si sciret contra Ecclesiæ sensum eam esse.

Aliud verò est in hæretico, qui postquam de falsitate hæresis suæ suspicari cepit, tum non deserit, quæ prior attinet fidem habitualem & regulam per quam credenda à non credendis deprehendere potest, quæ est infallibilis Ecclesiæ autoritas; at posterior, quæ à communionem Ecclesiæ alienus in falsa religionis professione



professione persistit, idq; per crassam ignorantiam, nam contumax est, 386.

Nota tamen, si qui inter hæreticos aut infideles omnino nihil, vel non nisi obscura quædam & abominanda audiant, V. C. Papam esse Antichristum, &c. fieri posse, vt tales inuincibili ignorantia laborantes fidei in Baptismo habitum infusum retineant, quippe qui non nisi per actum Fidei supernaturali formaliter oppositum excluditur.

Deinde eas Fidei veritates, quas nobiscum communes, retinent, V. C. de Sancta Trinitate, Incarnatione, credere possunt cum Dei auxilio & saluari, vt Sanchez, 386.

### C A P. XIII.

#### De Hæresi.

**H**æresis est error contra fidei veritatem iunctus cum I  
pertinacia in eo, qui fidem suscepit: quod additur ratione catechumeni, qui licet essentialiter nõ differt ab hæreticis, si pertinax contra fidem, sicut Æthiops non essentialiter differt ab aliis hominibus, qui æthiopes non sunt, tametsi inchoatiuè, & non completiuè siue formaliter membrum Ecclesiæ est, idcirco si talis à fide recedit, pœnis hæreticorum non ligatur.

Pertinacia in eo consistit, quod quis sciens suam 2  
sententiam esse contra Ecclesiæ auctoritatem, nibilominus eam tenet, idq; culpabiliter.

¶ Si verò aliquis crassè ignoras ob tædiũ inquiredi, & nõ incorruptã Ecclesiam esse profiteatur, licet peccet, tamen non propriè hæreticus, quia est paratus & rectè



rectè affectus erga Ecclesiam & alioquin Catholicus. Si verò Lutheranus ex crassa, tum hæreticus, quia est culpabilis & oppugnat Ecclesiam 388.

3 Parochi possunt absoluerè ab hæresi materiali, prærequisita professione fidei, & vti hac forma: Absoluo te à vinculo excommunicationis, & speciatim ob hæresin: si incurristi; in quantum possum, &c. Si tamen consuetudo loci, vt etiam materialis ad priuilegiatos Confessarios mittantur, aut ad commissarios, seruanda est 388.

4 NB Reformantes debere prius instruere hæreticos, & non dare Schedam Confess. nisi profiteantur serio se paratos esse mori in Catholica fide.

5 Quæstio I. Dubitans deliberatè de articulis fidei est hæreticus, quia non habet se merè negatiuè, sed iudicat incertum esse; Ex. ipe, qui inter hæreticos natus, his enim licet dubitare, donec perfectè instruantur. 389. Ratio, quia dubitatio talis non est iuncta cum contumacia.

6 Quæstio II. Qui dissentit diuinæ reuelationi priuatim sibi factæ, pertinaciter is quidem ad hæreticos pertinet, tamen propriè non hæreticus, nec penis subiectus, Ratio quia hæreticus propriè dicitur, qui in dogmatibus fidei ab Ecclesia contumaciter recedit, at hoc hîc non fit.

7 Nec propriè hæreticus est, qui negat propositionem Theologicam, quæ ex vna propositione naturaliter nota, & altera de fide per euidentem illationem sequitur, dummodo ingenio adeò hebes, vt illationis necessitatem non percipiat, V.C.

Omnis homo risibilis, Christus homo. Ergò.

CAP.



## CAP. XIV.

*De Excommunicatione Hæreticorum.*

**H**æretici formales, si hæresin externo actu pro-  
dant, aut alia actione mortaliter mala, excom-  
municationem incurrunt Papæ reservatam. (excipe  
purè mentales hæreticos,) & illi à quouis exposito  
confessario absolvi possunt.

Nec excom. qui hæresin quam animo conceptam  
gecit in somno profert, nam discrimen est inter ho-  
mici-  
dium & similia peccata, quæ opere externo cõ-  
summantur; & hæresin, cuius malitia animo perfici-  
tur, & in intellectu essentialiter consistit & perfici-  
tur. Homicidium autem in externo opere consistit,  
ideoque verum est peccatum externum homicidii,  
tamen si fiat ab ebrio, qui tunc nihil aduertit siue in-  
telligit, modò prius aduerterit cum causam præbuit,  
ob quam indirectè atque imputatiuè ipsi volunta-  
rium censetur. 391.

N. Mortaliter mala dixi, nam si consilii causa ma-  
nifestata fuit, non excom.

Resolutio 1. Si quis fouens occultè hæresin, absti-  
neat à Missa, nec genu flectat, excom: hæresis incur-  
rit, nisi eius omissio obliuioni aut iustæ excusationi  
probabiliter ascribi possit, licet ex animo hæretico  
proficiscatur 392.

Resol. 2. Qui carnes comedit die prohibito, si sit  
occultus hæreticus, si sine protestatione contraria,  
incurrit excom. quia sicut excomm. incurrit qui pro-  
positum percutiendi Clericum sufficienter exequi-  
tur; ita qui hæresin animo consummatam sufficien-  
ter significat, secus si insufficienter.

Credentes hæreses, V.C. Lutheri vera esse dog-  
mata



mata fidei, licet nesciatur qualia sint, excom. Bullæ quia speciatim mentio fit eorum in bulla.

Tertio; Excom. Bullæ incurrunt receptores, fautores, defensores intellige hæreticorum, quatenus hæretici sunt, vt hæresin suam docere, defendere, & diffundere possint: ita Iudices si non capiant hæreticos.

Vxorem aut patrem fouere, occultare, ne veniant in manus Inquisitorum, non meretur excom. quia persona tam coniuncta alicui, quasi eadem cum ipso reputatur, quam non defendere valde difficile, ita Simanca.

NB. Non incurritur excom. ab hæretici fautore, receptore, defensore, nisi malus effectus sequatur, scilicet hæreticus, ob tale ipsi auxilium præstitum manus Iudicis euadat, aut hæresin magis diffundat. Cum enim in Canonibus Ecclesiasticis faciens alicuius rei principaliter excommunicetur, accessorie autem mandans, consulens aut faciens: tunc excommunicationem non contrahunt, nisi secundo effectu, secundum receptam DD. sententiam: Atque in Bulla principaliter excommunicantur Hæretici, accessorie verò & secundum extensionem eorum &c. Ergo isti non incurrunt excom. nisi ex favore siue auxilio malus effectus sequatur. 393.

CAP. XV.

*De Excom. Lectorum hæreticorum librorum.*

**A**sertio. Excommunicationem Bullæ (vbi recepta) (nam iuxta Becanum in Germania non recepta nec Index) incurrunt lectores librorum hæreticorum (plus quam paginam, etiam in voluminibus) nec in libro Catholico hæreses insertas prauolice affectu.



ctus, quia lege canonica nō punitur affectus, sed factū  
 NB. Nisi scholia aut commentarii tam copiosi, 2  
 vt liber censeretur, nec qui Catholicum librum legit,  
 licet contineat hæreses.

Nec qui epistolam aut concionem, necdum in 3  
 formam redactam, quia verba pœnalis legis strictè  
 accipienda sunt.

Nec qui legunt historicos aut Poëtas, Iuridicos 4  
 aut Medicos, non ex professo tractantes hæreses, li-  
 cet mixtas hæreses contineant, quia in his Septentr.  
 hæc bullaris constitutio non recepta; Nec Regula  
 VIII. Indicis librorum ad nos Germanos pertinet,  
 quia non sunt hic Inquisitores. 395.

NB. Nec incurrunt qui non scienter legunt licet  
 crasse. Nam quotiescunq; lex pœnalis scientiam re-  
 quirat, excusat ignorantia etiam crassa, sufficit sola  
 curiositas.

Quod si vir doctus quærat locū in libro hæretico  
 ad confutandū, non peccat, quia lex naturalis chari-  
 tatis erga proximū vineere debet legē Ecclesiasticā.  
 quā causam esse arbitror, cur in quibusdā Prouinciis  
 lectio librorū hæreticorum nō tanta seueritate pro-  
 hibita censeatur, quia ad confines hæreticos conuin-  
 cendos, necessariū putatur, eorū libros legisse. 396.

Excom. incurrunt, qui legunt proœmium in no- 5  
 tabili quantitate, quia summam totius libri conti-  
 net. 396.

Audientes legere libros hæreticorum, excommu- 6  
 nicantur; Quia quod quis per alium, &c. Hæc enim  
 fuit mens summorum pontificum, alioquin cuilibet  
 in fraudem legis agere perquam facile esset. 396.

NB. Suadentes legere, modo ipsi non attēdant, li-  
 cet peccent, tamen non excommunicantur, nisi ma-  
 lignus Effectus hæresis sequeretur. NB, Re-



7 NB. Retinentes libros, excomm. tempore notabili.

8 Libri in Indice prohibiti licet nullum errorem, tamen non legendi: quia damnato authore in genere Religionis, damnata censentur omnia eius scripta de Religione. 397.

Nota discrimen inter libros prohibitos primae classis, habent annexam excomm. reservatam: secundae non reservatam (reg. 7. obscœni, reg. 8. magici, sed non excomm. licet mortale) reg. 4. prohibentur biblia, sed non recepta in Germania. 397.

9 Laudabiliter libri hæretici comburuntur: testatur Clemens lib. 1. Apost. const. c. 7. ita libri Arrii Nestorii combusti. Etiam libri impuri Act. 9. Multi ex eis, qui fuerant curiosi sectari contulerunt libros; & combusserunt coram omnibus 398. Fuerunt hi libri Magici.

#### CAP. XVI.

##### *De Apostatis.*

1 **T**Riplex Apostasia: altera à Fide; altera ab obedientia; Tertia ab ordine sacro, vel Religione. 398.

Apostasia à Religione est criminosa & mortificata recessio à religioso Ordinis sine licentia prælati instituta, sine revertendi proposito. Non Apostata, sed ad laxiorem, licet peccet & tenentur redire excommunicatur, si revertendi animum retinet, & fugitivus censendus. Apostata licet habitum retineat, tamen apostata, & qui recipit talem, excommunicatur.

Apostasia à sacro ordine; Cum quis à perfectione statu clericali (in maioribus Ordinibus, nam si in minoribus)



minore potest, dimisso beneficio) ad statum coniugii, aut laicæ conuersionis, dimisso habitu propria temeritate transfert. 399. Talis iure infamis, & si monitus non se correxerit, deponendus.

Apostasia ab obedientia, si late est in omnimortali, strictè, cum quis se opponit iustis præceptis superioris, cuius præcipua species est schisma, de quo infra Tract. 3. c. 11.

Apostasia à Fide in toto differt ab hæresi, quòd hæreticus non omnino abneget articulos fidei: at Apostata à fide est, qui Christum & Fidem quam suscepit, penitus abnegat.

Hinc omnes pœnæ Hæreticorum etiam in Apostatas, non autem è contra Apostasiam ad Paganismum ad Iudaismum, vel Atheismum.

Species distinctæ idèò in Confessione manifestandæ pœnæ apostatarum. I. Excommunicatio in bul-  
la reservata. II. Irregularitas. III. Iuris infamia, extendens se ad filios usque ad secundam generationem ex linea paterna, materna verò ad primam, sed ad hanc pœnam requiritur sententia Iudicis declaratoria 399. IV. Confiscatio omnium bonorum à die criminis commissi. c. cum secundum, de hæret. in 6. *Bona hæreticorum ipso iure decernimus confiscata.* 400. V. Si per annum in excommunicatione persistant, fiant intestabiles, & inepti ad hæreditatem adeundam. Requiritur tamen sententia Iudicis sicut donationes & aliæ alienationes factæ à criminosis confiscationibus possunt rescindi & reuocari. 400. VI. Priuatio patriæ potestatis in liberos & mancipia, etiam ante sententiam. Verùm hæ pœnæ non habent locum in Germania apud Lutheranos, propter fœdus nutum tacitè permittente & con-

R

sentient



sentiente summo Pontifice, vt liberos suos in patri-  
potestatem retineant, aliisque iuribus & immunitatibus  
civilibus, non item Ecclesiasticis vna cum Catholicis  
gaudeant. VII. Priuatio Ecclesiasticorum beneficiorum  
& dignitatum ipso iure inco-

400.

NB. Civilis poena haereticorum est mortis sup-  
plicium, si abiurare nolint. Ratio, quia haeresis est  
men perturbans Reip. pacem, non minus quam  
tum & homicidium.

## CAP. XVII.

*De Communicatione Christianorum cum Infidelibus, puta Iudæis ac paganis.*

I. **Q**uest. I. Communicatio cum infidelibus  
Iudæis, & vt dignitas Religionis Catholicæ  
seruetur, prohibetur iure Canonico, in poenam  
ritualem propter periculum peruersionis.

Quod si formaliter, non vt socii conueniant,  
per accidens & præter intentionem, non prohibetur.  
401.

Operas tamen locare Iudæis licet. modo non  
assidua conuersatio, sed non subesse, vt seruiant  
nutricem agere, nisi in necessitate, seposita cohabitatione  
& familiaritate. 401.

Azymos comedens cum Iudæo & frequenter  
uiuans, peccat mortaliter, quia finis ab Ecclesia  
tentus grauitè læditur: secus, si semel proprios cibos  
absque scandalo. 401.

Necessitas excusat comedentem cum Iudæo  
bos non discretos, aut medium accersentem, item  
velis illos conuertere. 402.



Quæst. 2. Infideles bello non sunt directè coer- 2  
cendi ad fidem, probatur, quia potestas principum  
secularium solum se extendit ad finem temporalem,  
non autem ad ea quæ supernaturalis ordinis sunt.  
Indirectè autem potest fieri. 1. negando illis ius  
habitationis in regno Christiani Principis, nisi ve-  
liat conuerti. 2. Imponendo illis maiora tribula  
(modo intra limites iustitiæ) donec fiant Christia-  
ni Nec Ecclesiastici prælati possunt procedere cōtra  
Infideles pœnis Ecclesiasticis, vti 1. Cor. 3. Aliud est  
de hæreticis, qui sūt subiecti Iurisdictioni Ecclesiæ.

Nec seculares principes possunt propter Idolo- 3  
latrariam non iniuriosam aliis paganis exteris inuade-  
re. Ratio, quia ad omnem punitionem & vindi-  
ctam iustam requiritur iurisdictionio, aut illata iniu-  
ria. Ergo, vbi vtrumque deest, vt ponimus, iusta  
punitio inferri non potest. 402.

Cæterum propter peccata, quæ iniuriam conti-  
nent, licitum est, quandoque infideles bello perse-  
qui. 1. Si impiis suis ritibus (rapiendo) innocen-  
tes iniquo damno afficiant. 2. Si Christianam fi-  
dem contumeliis proscindant, aut Christianos per-  
uercere conantur. 3. Si Christianis Prædicatori-  
bus, cum ex Dei voluntate atque imperio mittun-  
tur, aditum in regiones suas patefacere, vel suis sub-  
ditis liberam potestatem audiendi concedere recu-  
sent, iustæ hæ erunt causæ belli. Vide Becanum, cap.  
13 q. 4. concl. 3.

Quæst. 3. Ritus gentilium & hæreticorum non  
sunt tolerandi, nisi necessarium ad maius malum eui-  
tandum. tit. 3. Hæreticum hominem post vnam & se-  
cundam correptionem de vita.

Iudeorum tamen ritus antiqui possunt permitti, 4

R. 2 non



non vt nouas synagogas ædificent, nec libros nouos edant, quibus Christiana fides impugnatur. 403. Nam tali immunitate Iudæos conuenit gaudere quia ritus tales Euangelicam veritatem figura adumbrant, eidemq; testimonium præbent.

Coroll. Iudæorum causæ ciuiles debent apud iudicem Christianum secundum legem Moyfi, (Vt vt filius excludat filiam ab hereditate patris) decerni. Si autem casus lege Mosæica de cibus non est, vel si Iudæus cum Christiano litiget, tunc controuersia decerni debet secundum ius Cæsareum, seu commune regni.

6 Quæst. 4. Iudæis & infidelibus non debet permitti, vt de nouo acquirant dominium aut iurisdictionem in infideles, quia id cederet in scandalum & periculum fidei. 404.

N. Infideles dominio Iurisdictionis in subditos non ideo priuantur, quod subditi fidem Christianam non habent. Quia dominium & prælatio iure humano & gentium introducta: distinctio autem fidelium & infidelium prouenit ex iure diuino. Ius autem diuinum, quod est ex gratia, nõ tollit ius humanum, quod est ex naturali ratione.

N. Ecclesia, & principes Christiani possunt priuare subditos sibi subditos priuare dominio in seruitutem, si hi Christiani fiant, id constat ex praxi Ecclesie qua statuit, vt serui Iudæorum tum vernaculorum, qui empti ad seruitutem, liberi fiant, si Christiani, qui autem empti sint ad mercationem, teneantur Dominus intra tres menses venum exponere, & si Christiani semi possint. Ratio, quia princeps publicus potest subditos suos priuare dominio, non tantum rerum, sed & personarum, si ad bonum publicum.

publici  
ui infide  
principi  
à domo  
stare ab  
tur iuri  
farium  
gis à De

LIB

N  
des in  
tas vol  
tione r  
lum co  
post. i.  
mate.  
sumus,  
licet no  
concup  
um ab  
nus &  
pub



publicum necessarium esse videatur. Adde, si ser-  
 ni infidelium, etiam non subiectorum Christianis  
 principibus peruersionis patiantur, posse  
 à dominio dominorum suorum Ecclesiastica pote-  
 stare absolui. Tunc enim directè tanquam exerce-  
 tur iurisdictio in ipsos Infideles, quatenus id neces-  
 sarium est ad tuendum finem Ecclesiasticæ potesta-  
 tis à Deo concessæ. 404.

## LIB. II. TRACTATUS II.

## De Spe.

## CAP. I.

*Quid sit spes?*

**N**Ota duas esse potentias hominis quæ su-  
 pernaturalibus donis ac virtutibus or-  
 nari ac perfici possunt, vt Deo gratus  
 fiat; Inter Theologicas virtutes vnica fi-  
 des intellectum ornat, duæ reliquæ Spes & Chari-  
 tas voluntatem. Ratio, quia vitiator absoluta cog-  
 nitione non potest complecti Deum sicuti est, sed so-  
 lum cognoscere cum analogia ad creaturas teste A-  
 post. 1. Corinth. 13. *Videmus nunc per speculum in anig-  
 mate.* Amore autè voluntatis in Deum tendere pos-  
 sumus, non tantum cum ordine ad nos, quatenus sci-  
 licet nobis bona promittit, ac largitur, (qui est amor  
 concupiscentiæ suapte natura imperfectus) sed De-  
 um absolute amare possumus, quatenus in se bo-  
 nus & perfectus est, qui est amor amicitiae. Quod

R 3

Apoito-



Apostolus citato loco; *Charitas nunquam excidit*, quae eadem manet in via, & patria; sicut etiam inter homines etiam absentes, de quibus nunquam audimus propter eorum virtutes possumus amare, in &c. 405.

2 NB. Quod habitus Spei Theologicae duobus modis considerari potest: adaequatè in ordine ad omnes actus ab ipso procedentes; sic pro materiali obiecto habet omne bonum, quod supernaturali lumine nobis diuinitus prouenire cognoscimus: cuiusmodi primus est ipse Deus ut supernaturalis finis & beatitudo nostra, cum verò media supernaturalia ad suum finem conducentia: denique bona temporalia & naturalia. Horum enim authorem Deum se supernaturali fide credimus, ergò etiam ab eo supernaturalem spei actum desideramus, expectamus, & tanquam à Deo prouenientibus delectamur.

Secundò potest habitus spei considerari in ordine ad vnum tantum primarium eius actum, qui est expectatio certa beatitudinis aeternae, per media diuinitus ordinata; ita communiter à Scholasticis definitur, & eodem sensu ait Sanctus Thomas. Quae Spes uti & Fides euacuatur in patria, tamen profertur quod Spes secundum substantiam maneat in terra vita, quoad quosdam actus, scilicet quo ad amorem & delectationem de beatitudine; item desiderium corporis gloriosi. 406.

3 Notandum tertio; Inter fidem & spem magna esse analogiam. 1. quia ambae secundum se praeter se carent perfectione simpliciter dictae: cum non exerceant actus potentiae optimos, quandoquidem intenduntur in Deum non secundum se, sed cum ordine ad creaturam



creaturam. 2. Sicut fides in viatore tantum, ita spes secundum primarium suum actum, quare utraq; circa obiectum non apparens versatur. 3. Sicut fides duplex, obiectum materiale & formale. Obiectum materiale fidei cōtinet omnia bona reuelata à Deo; Spei, omnia bona quæ nobis à Deo proueniunt, quorum primum ipse Deus. Formale fidei est summa Dei in reuelâdo veritas. Formale spei secundum generalitatem suam, seu in ordine ad omnes actus suos est summa Dei bonitas ac benignitas. 407.

Si spem consideremus, ut est expectatio certa beatitudinis ex Dei gratia, &c. maior adhuc analogia inter spem ac fidem. Nam sicut materiale obiectum fidei adequatum sunt omnia à Deo reuelata cū ordine ad ipsum Deum, qui est præcipuum reuelatum; ita spei ob materiale sunt omnia à Deo nobis promissa cum ordine ad ipsum Deum tanquam præcipuum promissum. Deinde sicut formale fidei seu motiuum credendi est summa Dei veracitas, qua nec falli nec fallere potest; ita spei formale seu motiuum est summa Dei promittentis fidelitas.

At verò si spes consideretur secundum primarium actum in viatore, quæ est expectatio certa beatitudinis æternæ, sic est formale obiectum spei, fidelitas Dei omnipotentis in promisso auxilio.

Quod si obiicias; Deum auxiliantem non posse esse obiectum formale spei, Item cum auxilium diuinum sit medium à Deo ordinatum, quod non potest esse ratio formalis seu motiuum; nam finis intentio prior est quam media.

Resp. Bonum absolute amare, illud desiderare, expectare, esse actus diuersos propter formalem

R 4 ratio-



rationem seu motiuum tendendum in obiectum. Nam bonum amamus amore concupiscentiae, quatenus nobis absolute conueniens est, desideramus uero, quatenus absens. Expectamus a bonum, quod arduum est, affecuturos nos, propter mediourum efficacitatem, quamuis enim media non sunt ratio formalis seu motiuum amandi, sunt tamen ratio formalis propter quam finem seu bonum arduum affecuturos speramus. Sic etiam in humanis amamus rem absolute, quia nobis conueniens, desideramus quia absens, intendimus, quia possibilis acquisitus per media; expectamus autem, quatenus arduum bonum est, tamen superabile & re ipsa acquirendum propter mediourum efficacitatem.

Etenim rationes istae formales actuum uoluntatis proueniunt ab antecedente iudicio intellectus: & isti actus, scilicet delectatio, expectatio, accidentaliter differunt, quia conuenientes secundum substantiam actuum.

*Definitio spei stricti.*

- 6 *Est expectatio certa beatitudinis ex Dei gratia, & merito suo. Expectatio not. hos actus sibi inuicem subordinatos, amor latius patet desiderio, amamus tantum absentia, quam praesentia, desideramus tantum absentia, desiderium latius quam intentio & expectatio, desideramus enim etiam impossibilia, non intendimus, ita reus longiore vitam desiderat, sed quia non desperat. Aliud uero desiderium efficax boni absentis, quod, quatenus per media acquisitu iudicatur possibile, & id dicitur intentio, quatenus uero arduum, & tamen acquisitu possibile, dicitur expectatio, &c.*

*Beatitudinis in clara Dei uisione consistens. Deum enim*



enim est obiectum spei materialis quod, comprehensio, quo.

*Certa* qui fundatur in infallibili Dei promissione, & illa infallibilitas licet propriè ad intellectum pertinet, ideoq; fidei propria affectio est, tum voluntati conuenit per participationem, & aliud non est, quam firmitas & constantia voluntatis adhærentis & persequentis bonum. Psal. 72. Mihi adhærerere Deo bonum est, &c.

*Ex Dei gratia & nostris meritis.* Spes omnis circa bonum arduum versatur, Theologica circa beatitudinem supernaturalem, igitur non nostris viribus ad Dei gratiam assequendam. 410.

Gratia Dei præcedit, utpote principalior, quæ per 8 merita Christi nobis communicatur. Hinc aliquo modo nobis confidere possumus in nostris bonis operibus, quatenus ex gratia Dei proficiscuntur, ideoque & ipsa Dei dona sunt & media misericorditer ordinata ad vitam æternam: siquidem id magis exaltat misericordiam Dei & Christi merita, quò deorum virtute consequamur, ut & ipsi salutem nostram ministerialiter operemur, & vita æterna etiam sit merces. 2. Tim. 2. Vnde consequens est, quod Spei certitudo non sit absoluta sed conditionata. Matth. 19. Si vis ad vitam ingredi. Nemo verò certus est se esse in gratia Dei; quod Sapienter Deus instituit, quia utilis timor iste humilitatem continuam seruat, nec non maiorem sollicitudinem parit, seruiendi Deo. Hinc sequitur iudicium hoc hæreticorum: 9 *Certo credo me saluandum*, non esse actum fidei, sed inanem præsumptionem moralem, tum certitudinem salutis & perseverantiæ homo habere potest, quando circa ipsum singularem prouidentiam, gu-  
 R 5 beina-



bernationem Dei ac spiritualia beneficia tanquam signa prædestinationis aduertit, tum verò nullius mortalis peccati sibi conscius, firmiter Deo etiam in posterum seruiendi propositum in se experitur. 411.

## C A P. II.

*De peccatis contra spem.*

**I** Peccata contra spem alia consistunt in commissione, & alia in omissione. Illa repugnant præcepto affirmatiuo sperandi in Deum, aliquando ideo impossibile nobis. Prob. Nam omnis actus necessarius ad salutem necessitate medij, est etiam necessarius necessitate præcepti diuini: Sed actus spei est necessarius ad salutem necessitate medij. Ergo, Maior est Clara: Minor ex Apost. Hebr. 10. & 12. 412.

Præceptum spei affirmatiuum obligat, 1. cum primum homini rationis vsum affecuto, Deus & beatitudo tanquam finis ad quem bonis actibus tendere debet, sufficienter propositus est, tum moram longiorem trahere non debet, quia ad hunc finem per actum Spei feratur. 2. Cum quis in periculo desperandi est, à quo eripi non posse videatur, nisi animam contrario actu spei confirmet. 412.

**2** Circa peccata commissionis contra spem nota bene: sicuti in moralibus virtutibus, vni duo vitia opponuntur, vnum secundum excessum, & alterum secundum defectum. V. C. liberalitati prodigalitas & auaritia: sic etiam spei secundum excessum aduertitur præsumptio duobus modis, 1. Si beatitudo ex tuis viribus: 2. si sine operibus pœnitentiæ aut proprijs meritis cœlestem gloriam, quia Deus secundum ordinatissimum decretum suum non remittit peccata nisi pœnitentibus, nec dat mercedem nisi operantibus.



bus, atqui huic diuinæ ordini opponit. Ergo. Idem die de priori. Et peccata in Spiritum S. dicuntur, quia aditum Spiritus S. præcludunt, idcirco irremissibilia non absolutè, sed quia rara remissio eorum. 413.

Secundum defectum Spei opponitur desperatio, cum quis desperat se vitam æternam consecuturum, aut remissionem peccatorum, ideoque omnem conatum excludit.

NB. Licet 6 sint peccata in Spiritum S. tamen 3 odium Dei, etiam refertur ad ea, quia directè opponitur Charitati Dei, per quam remissio peccatorum fit. Sed ideò reliquis non annumerandum, quia grauissimum scelus est quasi mensura aliorum peccatorum, ut in specificam aliorum peccatorum communionem venire non soleat. 413.

Charitas est perfectissimus amor.

NB. Fides ordine generationis antecedit spem, 4 hinc, quia fundamento amissa fide, etiam spes amittitur, non autem è contra, ut patet in homine desperato. 414.

NB. 3. Licet peccata præsumptionis & desperationis ex indeliberatione actus venialia sint, tum ex parte materiæ semper mortalia: Sicut odium Dei, blasphemia, & similia, quæ alicui attributo Dei secundum prauum voluntatis affectum, & interdum etiam secundum erroneum intellectus iudicium aduersantur. Nam huiusmodi peccata aliquando cum hæresi iuncta, V. C. Fiducia Lutheranorum, qui sine cooperatione & meritis se saluari posse existimant.

414.

C A P.



## TRACTATUS III.

## De Charitate.

## CAP. I.

*Quid sit Caritas.*

1 **C**haritas non est aliud, quam excellentissimus amor, & inter omnes virtutes excellentissima, quia versatur circa perfectissimum obiectum, & quidem perfectiore modo, quam aliae virtutes, vel est forma reliquarum virtutum. Nam virtus hominis est, quae operationes eius ordinat ac dirigit, ut conuenienter fiant, ad finem suum. Finis autem vltimus hominis considerati non praecise secundum vires naturae, sed secundum dona gratiae, est aeterna beatitudo & coniunctio cum Deo; ad hanc autem promerendam & consequendam, viatoris opera congruentem proportionem non habent sine Charitate, per quam solum uniuntur Deo.

2 Hinc etiam Angeli & sapientissima Dei ordinatione (ut & homines) sola naturali commissione ad Deum, beatitudinem mereri non potuerunt, sed conuersione charitatis quae est per gratiam. 415.

NB. Nullum opus hominis iusti ex probabili sententia est meritoria vitae aeternae, & augmentum iustitiae in hac vita, nisi vel eliciatur à Charitate, vel ab eadem imperetur, atque in Deum ut finem vltimum supernaturalem referatur, siue id fiat per praesentem Charitatis actum, (quod est actualiter referri) siue per praeteritum charitatis actum, quod est virtute referri.



ferri. V C Si proposuisti pecuniam pauperibus propter Deum erogare, & postea oblata occasione, vi illius propositi eroges, tamen si nihil tunc de Deo cogitans; opus hoc eleemosynæ virtute in Deum refertur, atque à charitate imperatur. Ratio. Nam ita sapientissimus Deus ordinavit, vt finem vitæ æternæ homo viator non mereatur, nisi per motum liberæ voluntatis proportionatum, scilicet quo fertur in vltimum finem summumque bonum per modum vñionis atque amicitiae; atque iste motus proprius est actus Charitatis. Ergo meritum vitæ æternæ, primo pertinet ad charitatem, secundario verò ad alias virtutes, secundum quod earum actus à Charitate imperantur. 417.

Ideo autem Charitas forma aliarum virtutum, quia licet per se rationem virtutis habeant, sine charitate tamen steriles sunt ad promerendam vitam æternam, vtpote à qua diriguntur ad finem supernaturalem. Hinc explicantur verba Scripturæ, cur omnia à Christo requirantur, vt in nomine eius fiant propter iustam ad ipsius gloriam.

NB. Gratia Sanctificans & habitus Charitatis, 3 realiter quidem idem sunt, non tamen ratione. Dicitur enim gratia in ordine ad subiectum quod sanctificat, Charitas autem in ordine ad operationes, ad quas animam & voluntatem expeditam reddit, siue existimes cum D. Thoma esse qualitates distinctas, quia gratia bene afficiat animam secundum se, Charitas verò afficiat voluntatem ad operationem. 418.

Ideo virtutibus naturalibus non meremur vitam æternam, quia non est proportio.

Coroll. 1. Licet nullus actus plene rationalis ac 4 deli-



deliberatus in indiuiduo indifferens sit, secundum rationem bonitatis & malitiæ, tamē sunt in hominibus iusto & peccatore indifferentes, secundum meritum ac de meritum vitæ æternæ, si scilicet homo opera bona virtutum exerceat sine vlla actuali præsentis seu præterita & virtualiter manent Charitatis relatione in Deum.

NB. Tam opera virtutum moralium, ex motu tantum honestatis præstita ob quandam congruitatem secundum beneplacitum Dei, mereri possunt temporalem aliquam prosperitatem, quomodo legimus in veteri. Deum sæpe remunerasse opera virtutum etiam à peccatoribus.

Coroll. 2. Non sufficit homini iuste ad promerendum singulis actionibus bonis augmentum gratiæ & gloriæ, quod principio anni, mensis, diei (licet laudabiles totum si Deo ex Charitate offeret, cum proposito omnia ad gloriam ipsius operandi sed necesse est, vt propositum hoc sit efficax & vera causa operum subsequentiū. V. C. Aliquis proponit peregrinari ad honorem Dei, quacunq; deinde in via actiones aut labores exercet, meritoria ipsi sunt apud Deum, si fiant ex vi propositi illius, nunquam reuocari: ideo suadendum omnibus vt initio actionis cuiusq; mentem in Deum eleuent, cuius amore & cuius gloriã operaturi sunt. V. C. Vers. dicendo. Deus in adiutorium &c. gloria patri, &c. 419.

## C A P. II.

### *De præceptis Charitatis.*

I **D**Vo sunt præcepta Charitatis. 1. de Deo. 2. de Proximo. Deus super omnia ex omnibus facultatibus; intelligendi, appetendi, sentienti & mouendi, vt



di, vt nihil fit in intellectu, voluntate, sensu, externa operatione, quod non Deo subijciatur, siue in Deum referatur. 419.

Charitas est in præcepto, quia finis. Finis autem 2 est magis debitus, quàm media, scilicet aliæ virtutes, quæ omnes debita.

NB. Quando iubemur Deum in omnibus dilige- 3 re, intelligi id debet secundum maiorem æstimationem, non autem secundum maiorem amoris intentionem. Sicut enim quis catulum tenerius amet, quam proprium filium, tamen non firmitus aut magis æstimatiuè, quia si vel filius vel catulus amittendus 4 esset, vtiq; canis relinqueretur; ita etiam fieri potest, vt aliquis sine culpa tenerius amet vxorem, se, non tamen firmitus, si animo paratus magis deserere creaturam, quàm cum Deo amicitiam dissoluere. Matth. 10. Qui amat, &c. diligere Deum principaliter propter præmium, est amor mercenarius.

Præceptum dilectionis Dei in hac vita secundum perfectionem simpliciter dictam non potest impleri; potest tamen ita perfectè, sicut ad viatorem pertinet. Prior prob. quia perfectio amoris simpliciter dicta, consistit in continua & actuali vnione voluntatis cum Deo, quia in hac vita fieri non potest propter infiram naturæ infirmitatem. In cælis autem fit, propter continuam præsentiam Dei per claram visionem. Post. prob. 1. Iohan. 2. Qui seruat verbum eius, verè in hac Charitas Dei perfecta est. 421.

*Questio, quando obliget.*

R Espons Negatiuum de non odiendo Deo, sem- 6 per obligat. Affirmat. certis tēporibus, i.e. cum primū homo vsum rationis adeptus, Deū tanquā vltimū finem supernaturalē per Fidē sufficiēter propositum



situm sibi habet, tunc obligatus est, ne longiore moram trahat, quin eum voluntate acceptet, & omnia opera sua in eum referat, quia ad statum viatoris pertinet, ut ad finem suum, qui Deus est, se referat, eum rebus omnibus creatis præferendo, cum alioquin iustitiam nec consequi, nec per bona opera gratiæ & gloriæ augmentum mereri potest. Officium autem, diligere hominem, pertinet ad parentes & procos, proponendo illi, cogitet à quo creatus & cur in hoc mundo, nimirum ut Deo seruiat, & ad ipsam omnibus suis operibus tendat, 2. cum periculum, impeditur ne in odium Dei labatur. 3. cum tenetur contreri. Nam cum actus contritionis sit dolor de offensa Dei super omnia dilecti, actum charitatis necessarium includit. 422.

7 Diligere proximum debemus sicut nos ipsos, non secundum æqualitatem, sed secundum similitudinem, quæ in eo consistit, ut, sicut nobis ipsis, ita proximum nostrum amemus, ac desideremus ea omnia, quæ ad amicitiam unionemue cum Deo, et beatitudinem æternam pertinent, vel continent. 422.

8 Et hæc duo præcepta continentur virtute in decalogo, tanquam principia in suis conclusionibus, nec necesse est specialiter numerate in Decalogo, quia sunt principia practica, quæ omnibus ita innotescunt, vel naturaliter, vel per fidem. 423.

### C A P. III.

#### *De ordine Charitatis.*

1 Diligere est alicui bonum velle, idè ad 2. attendendum, ut charitatis Ordinem reperiamus, videlicet ad personam quæ diligitur, & ad rem, quæ in illa



in illa diligitur, vel illi desideratur. Quod ad primum horum attinet, quatuor ex charitate nobis diligenda.

1. Deus. 2. Nos ipsi. 3. Proximus. 4. Corpus hominis.

Ordo autem iste prouenit ex diuerso modo fortissimi formalem rationem dilectionis, qui est diuina bonitas. 1. Deus tanquam fons, reliquo ordine, quo magis ad participationem bonitatis diuinæ accedunt homo se prius, quia identitas seu vnitas prior est quam coniunctio. 5. 423.

Seipsū enim quisquis diligit, quia diuinorū bonorū particeps esse potest, proximū, quia cōparticeps.

Quod ad alterum: Tria sunt bonorum genera, quæ vel nobis, vel alteri velle possumus. Primum continet bona spiritualia; gloriam, gratiam & virtutes.

2. bona, corporalia, vitam & sanitatem corporis. 3. bona externa, famam, honorem ac dititias.

Conclusio. Ordo diligendi ex charitate ita obseruandus est, vt quisque primo omnium diligat Deum; 2. Seipsum secundum bona spiritualia. 3. proximum secundum bona spiritualia. 4. Seipsum secundum bona corporis, 5. proximum secundum bona corporis: deinceps seipsum ac proximum secundum externa bona.

Coroll. 1. Nusquam Charitatem Dei, cuiuscunque boni assequendi causa licet abijcere. *Quid enim prodest homini.* Matth. 18. Dilectio sui ipsius ponitur tanquam regula dilectionis proximi. Diliges &c. Regula autem prior & potior est, quam regularum, ait S. Thomas, quo sensu illud. *Charitas incipit à se ipso.*

Quod attinet Moysen: *Aut dimitte illis hanc noxam, &c.* Dicta hæc sunt per exaggerationem ex magna confidentia erga Deum, vellem nisi Dei voluntati repugnaret.

S

Coroll.



3 Coroll. 2. Proximo existenti in necessitate rituali extrema, teneor succurrere cui certo periculo propriae vitae, dummodo spes æque certa proximo iuandi affulgeat. 1. Ioan. 3. Et nos debemus animo pro fratribus ponere : Sic teneor infantem, si aliter non possit, iurari, item baptizare etiam cum periculo vitae meae, item in peste & nullus sacerdos adfuit.

NB. Parochi non tantum in extrema, sed etiam in morbo graui, quia verus pastor, nisi de consensu Ordinarii constituatur idoneum, aut resignet. 424.

Cauere tamen debet Parochus, si solus sit, ut in tempore pestis vni non grauius indigenti confisus intendat, si plures alij ex ipsius morte grauius inuoluntate spirituale passuri. Quare si solus sit, non facit ministrare debet cum vitae suae periculo sacramenta quae non admodum necessaria sunt, vel secundum legem, vt extrema vnctio, vel respectu personarum, quae bono statu parochus probabiliter cognoscit. debet, quia nuper earum confessiones acceperat. 424.

*Casus.*

**S**i obeterit per 40. annos in nomine Diaboli baptizasset infantes, relictis postea absque rebaptizatione conditionata, & absque modo rebaptizatione propter dispersos hinc inde, & propter periculum extremi supplicij. Confessarius tali mulieri exploranda debet grauitatem peccati, & damnum spirituale. Muer pactam cum dæmone renuntiat, & condonanda: absoluenta, ad satisfaciendum pro damno non est urgenda; si propter infirmitatem abbatem periculo vitae. Nam licet speculatiuè probabile sit, quod Mulier se proderet teneatur, cum spirituale damnum non tam certum; quam corporale mulieris, quia potuerunt isti non baptizati, contra

Cor  
prium p  
ord ne  
laudabi  
pore pe  
Contra  
nestate  
vt vitan  
rie non  
ex qua  
sed aliq  
lius est,  
ponit p  
Dei  
damna  
iure po  
corpor  
Cor  
debem  
tronen  
beretur  
liberat  
2. Si pu  
vitam  
Co  
dium i  
uerent  
similic  
magis  
ij quil  
Deo e  
militu  
ramus  
Coro



Coroll. 3. Ordinariè licitum non est, vitam propriam postponere alienæ, quia, quisque se secundum ordinem Charitatis se magis. Nihilominus tamen laudabile ex motiuo honestatis pro amico. V. C. tempore pestis amico seruire in aequali periculo mortis. Contrarium tamen Nauarrus, dicens: Nullam honestatem inteneri in eo, si ordo Charitatis postulet, vt vitam propriam præponam proximi. Dixi ordinariè non est licitum, nam pro salute personæ publicæ, ex qua multū pendent Reip, cōmoda, non solū licet, sed aliquādo necessariū. Nam bonū quātò vniuersalius est, tāto dignius; & sicut pars vna Corporis se exponit periculo pro toto corpore, ita & in Politicis. 426

Deinde ad impediendam spiritualem æternam damnationem iniusti aggressoris, vt illum occidere iure possit, potius permittere mortem propriam corporalem abundantioris Charitatis opus est. 426.

Coroll. 4. Vitam hominis innocentis præferre debemus nocentis. Sic Molin. Occidendum esse latronem, V. C. vt ex manibus eius homo innocens liberetur Prob. 24. Sed excipe 1. Si vitam innocentis liberare non possis absque propriæ vitæ discrimine. 2. Si pugnis vt sis assuetus. 3. Si martyr velit propriam vitam pro Christo potius oppetere, quam liberari.

Coroll. 5. Eæ dilectione, quam comitatur gaudium in bono alieno possessio, item honor, cultus, reuerentia, ij magis diligendi sunt, qui meliores, Deoq; similiores existunt. Ob eandemq; rationem parētes magis quam filij & vxor magisq; benefactores, quam ij quibus benefecimus: quia maiorem illi cum Deo communi omnium parente ac benefactore similitudinem gerunt. Ea verò dilectione, qua desideramus alteri bonum nō dum possessum, & quā comi-



tatur misericordia, ij magis diligendi sunt, qui nobis coniunctiores.

6 Coroll 6. Qui nobis coniunctiores sunt, ij præferri debent secundum ea bona in quibus coniunctio vel amicitia fundatur, quia communio bonorum infundamentum amicitiae ac charitatis. Quare in bonis pertinentibus ad naturam & vitam corporis, illi præ alijs diligendi, qui nobis sanguine coniuncti. Vxor, quia vna Caro; Secundo filij: quia parentes obligati naturali iure. 2. | Cor. 12. Tertio parentes, magis pater quam mater; quia ille excellentiore principij ratione obtinet. Imo in casu extremo potius patri quam filiis aut vxori succurrendum, & debitum erga illos tunc antiquius, tunc nobilius est: siquidem ipsi nobis ex stendi causa & principium fuerunt: quæ æquitas postulat, vt in extrema necessitate ab interitu illos liberando, tantumdem eis rependamus; id est, vt æquitas postulat, vnde potius patri infideli, quam fratri fidei, quartò fratribus, fororibus. 1. ad Tim. 5. *Si quis suorum.* Adde quod insigni benefactori & fratri spiritualibus potius quàm Cõsanguineo nõ ita proprio quo subuenire debeamus, quia bona spiritualia quibus spiritualis societas fundatur, aliquo modo dependent à temporalibus, tanquàm subseruientibus.

Coroll. 7. In rebus pertinentibus ad civilem communicationem, conciuēs nostri in bellicis cõmilitarijs præferri debent. In spiritualibus verò auxiliatorum maior habenda est ratio, qui nobis secundum spiritum filij, patres vel fratres sunt: ita patres & fratres carnales in spiritualibus præferendi alijs, quia carnalis coniunctio aliarum coniunctionum basis est.

Coroll. 8. Secundum ea bona, quæ in præcepto continentur, nihil alienum à ratione est, proximum sibi ipsi antepone-

ponere  
re, vt al  
ferre, ob  
licitatem

De

A Sse

Annus

& æterni

nimico

da: ione

dolere,

dantur,

vt mali

mende

adhære

permit

Ass.

stare ge

mnibu

non sp

tate or

in vic

benefi

ctæ cu

priuati

pælat

C. in in

lutari

de sp

cessita

sempe

Di

pon



ponere. V. C. beneficium, dignitatem, &c. à se rejce-  
re, vt alteri obueniatur, item Religionis ingressum dif-  
ferre, ob alterius seu spiritualem, seu corporalem uti-  
litatem. 428.

## C A P. IV.

*De dilectione peccatorum & inimicorum.*

**A**sert. 1. Inimici & peccatores diligendi, quate-  
nus proximi sunt, & eiusdem naturæ consortes  
& æternæ beatitudinis capaces. Matth. 5. Diligite i-  
nimos. Peccatum adesse conuenit, idque per emē-  
dationē tollere aut optare, vt à Magistratu puniatur,  
dolere, si illis prospere succedat. Gal 5. *Vtinam absen-  
dantur, qui vos conturbant.* Siquidem Reipub. interest,  
vt mali puniantur, quia hoc utile peccatoribus vt e-  
mendantur & desistant; si relegentur est periculum  
adhæreticos vt transeant, siquidem malum eiusmodi  
permitti debet maioris mali vitandi causa. 428.

Ass. 2. Ex Charitate tenemur inimicis nostris præ-  
stare generalia beneficia, id est, quæ communiter o-  
mnibus eiusdem status hominibus præstare solemus;  
non specialia, Generalia, quia si pro tota Communi-  
tate ores, Eleemosynam in omnes distribuas, omnes  
in vicinia inuites &c. Nefas est solum inimicum à tali  
beneficio excludere. Ratio, quia talis exclusio vindi-  
ctæ cupiditatē indicat, quæ priuato interdicta. Dico  
priuato, qui nullum puniendi ius habet, nam parens  
prælati potest correctionis causa. Non specialia, V.  
C. inimicum ægrotum inuisere, hospitio suscipere sa-  
lutari per se non teneri; quia præceptū affirmatiuum  
de speciali exhibenda dilectione, non nisi in casu ne-  
cessitatis obligat. *Si surierit.* Rom. 2. quamuis homo  
semper debeat esse paratus in necessitate subuenire.

Dixi per se, quia ratione scandali se subtrahendo

S 3 illa



illa specialia signa amoris, illum magis concites. 1. salutacione tua illum facile concitabis, si tamen ita effectus ut per talis signa deterior fiat inimicus, intermittenda. 3. Si te salutet. 4. Si tunc odium tuum non alio modo deponere potes, quam signa amoris specialia ostendendo. Hæc de præcepto, interim Christiani hominis opus perfectionis etiam specialia signa amoris exhibet.

Assert. 3. Si ab initio fuisti offensus, ex animo debes dimittere, quia odium personæ per se male. Dixi ex animo. Nam ex phantasia aut memoria pellere, valde difficile. 429.

Deinde actionem iniuriarum civilem institui potest læsus, non ex vindicta, sed amore publicæ iustitiæ, ut sibi satisfiat, &c. Criminalem instituere periculosum, cum vix inueniantur, qui eam sincere contemnent, & non etiam propriæ vindictæ cupiditate explere velint. 430.

NB. Patrem posse filium contra voluntatem eorum centem indignam ex iusta vindicta excludere tempus ex domo, & suis prohibere colloquium cum ipso, modo pœna illa non excedat mensuram deicti. 430.

## C A P. V.

*De Actibus Charitatis.*

**A**ctus Charitatis internus est dilectio, qua ad bonum beatitudinis, vel alterius conducendum ad illum volumus. Huic interno respondet externus ac veluti executio eius, quæ dicitur beneficentia. utroque; 1. Ioan. 3. *Non deligamus verbo.* Hos actus continentur adhuc alij. 1. Gaudiū (fructus Spiritus) Gaudium est quies animi in bono præsentem, ac possibilia. Dupliciter autem gaudere de Deo. 1. Imò; de divinis bonis.



bonis, quatenus in ipso sunt. 2. De Deo, quatenus nobis præfens ac vnitus. &c. Sed hoc gaudium in hac vita imperfectū est, siquidē viator finem suū ac beatitudinis bonū nōdū possedit: ræce de mixta tristitia propter peccata. Gaudiū de proximo versatur circa bona, quibus ad cælestem beatitudinem promoueri potest.

Pax est Tranquillitas Ordinis, consistit in eo, vt voluntas nostra diuinæ bonitati adhæreat, ad eamq; reliquas interiores appetitiones, tanquam regina ac motrix aliarum facultatum accommodet; deinde vt eadem voluntas cum proximi voluntate in ijs, quæ ad finem beatitudinis pertinent, consentiat. Pax enim hæc in hac vita imperfecta est, quippe cum multæ diuersæ opiniones & contrarietates inter homines occurrant, quæ rectæ voluntati aduersantur, sicuti in disputationes, licet etiam speculatiuis 431.

## C A P. VI.

*De Misericordia & Eleemosyna corporali.*

**M**isericordia (charitati valdè affinis) est alienæ miseræ in corde nostro compassio, qua vtique, si possumus, subuenire compellimur. Illi secundum excessum opponitur nimia indulgentia, secundum defectum crudelitas.

Ad actum misericordiæ tria requiruntur. 1. Vt sit de aliena miseria, æstimata vt propria, quippe cū hanc vnionē amor amicitia pariat, Hinc infirmī, senes, ac sapientes, maxime pro ni ad misericordiā, vt pote experti. 2. Vt miseria sit aliquomodo necessaria, qui enim spōte miser (excipe Martyres) V. C. diues ob amētiā, robustus ob pigritiā, misericordia dignus nō est. 3. Vt malū æstimeretur aliquo modo cōtra digni-



dignitatem patientis , & hominem non esse mer-  
tum. Hinc sæpe ibi non misericordes. Item externus  
actus duplex, quia homo anima & corpore, spiri-  
tus & corporalis. 432.

3. Eleemosyna & opus, quo datur aliquid indigentibus  
ex commiseratione, propter Deum. NB. propter  
Deum, quia à Charitate Dei imperantur. Præceptum  
ad Tim. c. II. Diuitibus huius seculi præcipe, fac  
tribuere, idq; respectu omnium indigentium, etiam  
infidelium. NB. tum Magistratum reprehendi non  
posse expellentem peregrinos, quia pauperes domo-  
stici, præferendi, si vtrisque satisfieri non possit. 2. quia  
peregrini inferunt morbos. 3. quia possunt sani & fru-  
ctus laborate, quia tales robusti mendici arcendi sunt  
iuxta tit. C. de medicantibus validis, lib. II. Præceptum  
est affirmatiuum, idè non semper obligat. 432. C.
4. Ligatio autem Eleemosynæ oritur ex duplici capite.  
Ex parte dantis, si habeat bona superflua, tam nati-  
ra, quam personæ. Secundo ex parte accipientis, si  
necessitate positus, quæ triplex: Vna extrema, si  
periclitetur, 2. grauis, cui nisi succurras, ægre se susti-  
nabit. 3. Communis, qualis est, qui ostiatim. 433.

De necessarijs naturæ non extat præceptum, quia  
quisque suam suorumque vitam potest & debet  
naturæ antepone.

De necessarijs personæ, faciendâ est homini  
extremam necessitatem naturæ patienti eleemosyna  
quia ordo Charitatis postulat, per se loquendo, ut pro-  
ximi faciamus proximi vitam, quâ dignitatē propriam  
Dico; per se loquendo: quia nemo tenetur pro serua-  
da vita pauperis statu suo excidere, si maius id dante  
nū videatur, quam illis mors. Nemo etiam tenetur  
preciosam medicinam emere pauperi, egro, cum ne-  
ipse, si pecuniam haberet, emeret.



Tertiò, Cum modico & vix æstimabili detrimento status tenemur proximo succurrere in graui necessitate.

Quartò; In communem necessitatem pauperum opes tuas cum notabili status detrimento profunderé. V. C. Vt dignitatem Doctoris sustinere non possit, non licet, nisi quis velit ad perfectiorem paupertatis Euangelicæ statum transire, secundum consilium Christi. Matth. 19.

Necessaria personæ sunt ad alendos filios, familiam ad conuiuia, ad donationes honestas, vnde non ita frequenter iudicandum, homines seculares plura in bonis suis habere, quam ad statum eorum necessarium sit. 433.

Ex superfluis naturæ ac personæ danda est Eleemosyna pauperi in graui, si 2. conditiones adsint. 1. si scias, nam non teneris inquirere. 2. si nemo alius adfit, qui subueniat. Si enim alii opem laturo, non censetur grauis necessitas. 434.

Ita Aduocatus tenetur patrocinari pauperi, etiam in graui, si nemo alius; vt si putetur iniuste criminaliter damnandus ad trirèmes, vel ad flagellationem publicam. 434.

Ex bonis superfluis tam naturæ quàm personæ largi da est eleemosyna communem inopiam patientibus (etiam ex bonis non superfluis tamen non absolute necessariis, etiam subueniendum extreme laboranti.) Ratio, quia Charitas quemlibet obligat ad subueniendum proximo, in quauis miseria constituto, si facile tolli possit, At diuites facile, Ergo. Hæc enim Dei prouidentia, vt diuites per opera misericordiæ & pauperis patientiam vitam æternam mereantur.



Veniale diuitem negare communi pauperi. Monale, si omnibus neget, quia nimis inordinato diuitiarum amore affectus censetur, iuxta Matth. 6. Non potestis Deo seruire & Mammonæ.

6 NB. Si venditione possit subleuari pauper, non tuleri de Eleemosynis, sic Tob. 5. de Gabelo 435.

7 De illicitè restitutioni obnoxiiis pauperibus faciendæ, v. c. quorum Dominus ignoratur, tunc erogari debent, sed non est opus misericordiæ, sed iustitiæ. In illis distributionibus est seruandus ordo charitatis.

De illicitè acquisitis non restitutioni obnoxiiis, v. c. turpia lucra meretricum & histrionum, licet possunt dari eleemosynæ, sed oblationes de iis ab altaribus repellendæ ob scandalum, ne Ecclesia videatur approbare eiusmodi lucra, partim ad imitationem veteris legis. Deut. 23. 435.

## CAP. VII.

### De Correctione fraterna.

1 **C**orrectio fraterna est actus misericordiæ spiritualis, quo per cōuenientem sermonem proximum à malo peccati ad bonum honestatis conuertere nitimur secundum Psal. 149. *Corripiet me iustus.*

2 De correctione fraterna habemus præceptum Matt. 18. *Si peccauerit in te frater tuus, i. e. Christianus quilibet, quia præbet tibi causam indignationis istam, peccans te vidente & sciente.*

NB. Aliter corripendus inferior prius increpando, postea hortando illum mansuetè. Aliter æqualem amice superior similiter rogandus Apost. 1. Tim. 5. *Seniorem ne increpaueris, sed obsecrant patrem. Quod si mita; Nisi superior infirmorum laqueus & scandalum in rebus Fidei existat, tunc publicè à subdito redarguendus.* 436. Corrip



Corripi eum) Præceptum non semper sed certis circumstantiis obligās; si scias peccatum fratris, alias non debes inquirere nisi superior sis. 2. Si non credas fratrem iam emendasse. Peccatum merè præteritum, si non subsit reincidentis non est corripiendum præceptum, quia nec ipsi peccanti statim incūbit præceptum pœnitendi. 3. Si nemo adsit alius idoneus, qui emendaturus existimet. 4. Si spes fructus ex correptione affuigeat. Nam finis eius est emendatio proximi, quæ si desperetur, medium correptionis frustra adhibetur. 5. Si occasio opportuna.

Est mortale in re graui, cum quis commode potest 3  
tolle re spiritualem miseriam proximi per correptionem & non facit. Excipe nisi quis ex pusillanimitate existimat se minus idoneum ad emendandum proximum. 437.

Venialia sub veniali sunt corripienda, probatur, quia lex charitatis postulat, vt quoduis malum proximi etiam exiguum impediamus vel tollamus, si commodè fieri potest. 437.

Rara tum obligatio hæc nisi in superioribus, imò in prælatis Religiosis mortalis si per conuiuentiam vigor, disciplinæ religiose exinde minuatur.

Si quis alium volens corripere eodē peccato contaminatus debet prius suam culpam fateri & postea corripere nō superbe obiurgādo, sed congemiscēdo.

### C A P. VIII.

#### *De odio Dei & proximi.*

**O**dium directè oppositū amorī; sicut amor duplex beneuolentiæ & concupiscentiæ, ita etiam odiū duplex; personæ, alias odiū inimicitæ, quo personæ, quæ nobis displicet absolute ipsi malū volum⁹.

2. Odium



2. Odium abominationis seu qualitatis, quo personam auersamur non secundum seipsam, sed secundum malum ipsi adiacens. 438.

Assert. 1. Fieri potest, ut homo Deum odio habeat, Ratio, quia licet Deus secundum se nullo modo displicibilis, tum extrinsecè in effectibus propter punitionem, aut præceptum apprehendi potest Deo malum, ratione cuius alicui displiceat, & ipsi malum optetur. Est omnium grauißimum peccatum. Prob. quia optimo opponitur pessimum, sed odium inimicitiae erga Deum directè opponitur inimicitiae diuinæ, in qua maxima perfectio hominis viatoris consistit. Ergo. In aliis mortalibus peccatis est interpretatiuum seu virtuale odium Dei propter auersionem à Deo & conuersionem ad creaturas.

Odium proximi ex parte operantis est grauißimum peccatum, eò quòd directè aduersetur charitati proximi, ex parte nocuenti grauius, scil. adulterium homicidium.

Odium Dei & proximi non est ex 7. Capitalibus quia non est tale, ex quo, ut fonte, alia oriuntur, sed potius in quòd reliqua terminantur. Estque contra naturam, eò quòd destruat naturalem amorem boni.

Deum odisse ut vindicem peccatorum est odium abominationis. Absolutè verò & secundum se est crati est odium inimicitiae grauißimum, similiter habet odium proximi.

Discrimen est inter odium Dei & proximi, quòd odium Dei, si deliberatè fiat, semper mortale, ut potest malum quòd cunque destruens bonitatem eius. Odium verò proximi ex leuitate materiae fit veniale, puta si ex displicentia aliqua personae exiguum malum optes.

Discrimen



Discrimen secundum; Odium abominationis erga Deum, intrinsecè malum & mortale, at odium abominationis erga proximum interdum culpa vacat, interdum laudabile. Prius prob. quia Deus propter infinitam bonitatem non potest esse abominabilis. Posterius prob. quia odium abominabile erga proximum non semper aduersatur charitati, sed interdum fundatur in amore charitatis Dei ac proximi, si eiusmodi odium debito ordine instituat & ex virtute charitatis procedat. Consistit autem ordo in eo, ut minus malum proximo euenire inefficaci voluntate seu simplici optemus, quo maius malum seu nostrum seu alienum euitetur. Cõtra verò si maius malum v.c. corporis mortem proximo desideremus, ut nos à minori v.c. fortunarum damno liberemur; Odium hoc malum est, quippe Charitatis ordini repugnans. 440.

Quæstio. Maledictio est actus odii non elicitus sed imperatus; elicitiuè ad intellectum pertinet. Imprecatio verò, quæ est expressio voluntatis auersæ ab alio, pertinet ad voluntatem.

Dico 2. Maledicere latroni, ut iustificetur ex odio abominationis, non quidem optado, quatenus malum absolutè, sed quatenus bonum licitum est, quia per illud maiora mala impediuntur. Loquor autem de maledictione simplici, nam maledicere peccatoribus per modum casualitatis, seu imperii efficacis, iisdemq; malum inferre, ad eos solum pertinet, qui ius habent noxios puniendi.

NB Diabolo non esse maledicendum Eccl. 21. secundum naturam, sed secundum culpam.

Dico 3. proximo sine iusta causa maledicere, charitati repugnat, & ad peccatum odii pertinet; interdum

dum



dum verò iustitiæ aduersatur, & ad contumeliam spectat; quæ omnia in confessione exactè perpendenda. Nam in faciem maledicere, duplex peccatum contra Charitatem & iustitiam. Est mortale si gravitas materiæ & deliberatio. Interdum sine contumelia. V. C. absenti & sine honoris læsione maledicitur: estque vnum interdum in faciem sine animo, quasi id euenire oportet; estque tanto grauior contumelia, (si fiat erga parentes, &c. Exod. 21.

Denique interdum ex impatientia superior inferiori maledicit. Estque veniale, v. c. auferat te Diabolus, sed non ex animo: sed si quis seipsum diabolo deuoueat, mortale ob fœditatem, horrorem, ac peruersitatem rei. 441.

## CAP. IX.

*De Acedia.*

**A**Cedia est tristitia de bono diuino à nobis participando, quod propter obtinendi vel consecrandi difficultatem, nobis malum videtur, & idcirco nimis in teporem & ignauiam cadit. Nam licet bonum in Deo per se, nec per participationem bonum odisse nec de eo tritari potest, tamen quatenus eius acquisitio cum corporis labore coniuncta est, carnisque oblectationem impedit, concipi tristitia potest per accidens. Quapropter acedia nō est aliud, quam tristitia animi de gratia Dei acquirenda vel conseruanda, seu de gloria cœlesti obtinenda per actiones nostras cum labore iunctas. Est ex genere mortale, quia Charitati Dei repugnat, si voluntas languidè resistat, veniale. 441.

Est inter vitia capitalia, quia ex eo tanquam tardio de spiritualibus oritur horror & conuersio ad Creaturam



turarum amorem, & illicitas delicias.

Præterea adhærent acediæ, tristitiæ noxiæ, quæ virtutibus singulis aduersantur: scilicet, si quis tristeretur, quod orare debeat, &c. Verum huiusmodi acediæ diuersa peccata non sunt ab iis, quæ opponuntur virtutibus, de quarum bono aliquis tristatur. Idcirco tali acedia nunquam peccatur, nisi cum virtutes sub præceptum cadant.

N. Expelli acediam non fugiendo, sed resistendo, atq; opus salutis fortiter aggrediendo propter suauitatem virtutum. 442.

## CAP. X.

*De Inuidia.*

**I**nuidia dicta à nimis videndo siue intuendo in prosperitatem alterius.

Definitur Inuidia tristitia de bono alieno, quatenus id malum inuidens æstimeretur, tanquam propriam ipsius Excellentiam imminuens: proprium Pusillanimatorum.

Est ex genere mortali, quia opponitur Charitati, cuius actio est gaudere de prosperitate proximi.

Nota; Tres sunt Affectiones tristitiæ. 1. Indignatio siue Nemesis, per quam bona temporalia inopiis & indignis obuenire tristamur, & tristitia vitiosa, si considerentur bona, prout absolutè proximi sunt, vel vt ex ordinatissima Dei voluntate propter certum finem indignis obueniant. Nam tenemur gaudere sic de proximi bonis, & Dei voluntati nos conformare. Psalm. 36.

Si autè tristeris, prout indigno, humana potestate  
contra



cōtra iustitiam distributiua obueniunt, vel pro  
abuitur, est laudabilis iustitia.


2. Æmulatio seu zelus, quā tristamur de bono proxi-  
mi, non quā ipsius, sed quā nos caremus. Hæc si ve-  
ferur circa bona animi, laudabilis est, etiam circa ter-  
poralia, si æmulanti conuenientia sint: v. c. si opifici-  
tristetur, cum videt alios sibi similes ex opificio fa-  
miliam alere, se non alere. Vitiosa est æmulatio, si  
rusticus tristetur, cum videt nobiles emere castra, sibi  
talia deesse.

Distinctio inuidiæ ab æmulatione: Nam per inui-  
diam tristatur homo de bonis proximi non absolute.  
Id enim ad odium pertinet, sed in ordine ad inui-  
dentem, quæ ea re se superari existimat. Per æmulan-  
onem verò non tristatur homo de bonis proximi  
sed de sua penuria, quam comparando cum alterius  
abundantia magis aduertit.

3. Affectio inuidiæ est, cum tristamur de bono pro-  
ximi, quia occasionem putatur accepturus nobis  
aut aliis nocendi. Quæ tristitia bona, si non temere  
sed prudenter timeamus, secus si temere. 443.

NB. Velle & nolle, amare & odisse, lætari ac  
tristari, non esse actus contrarios, nisi circa idem ob-  
iectum, sub eadem ratione formali, versentur. Vnde  
De morbo patris potes tristari, quatenus malū pro-  
sonæ est, vti & de morte; sed lætari de hæreditate  
quia Dei voluntas, cui te conformare debes. Vnde  
has duas voluntates in Christo Domino. Luc.

12. Matth. 26. Iohan. 12.





## CAP. XI.

*De discordia, contentione, & schismate.*

**D**iscordia est dissensio voluntatum circa bonum quod ex charitate velle debemus: si circa malū laudabilis est dissensio, quod velle debemus. Non enim peccatum discordiæ est dissentire ac discordare in bono, si in eo concordare obligati non simus; si socium rogantem, ut cum illo ingrediaris Religionem, recuses, non peccas discordando.

Adde etiam ex inculcata ignorantia oriri dissensionem voluntatum, dum vnus hoc, alius aliud medium ad honorem Dei, vel proximi salutem conuenientius probalitatione iudicat, sicut inter Paulum & Barnabam. Act. 15.

Contentio est impugnatio veritatis, cum confidentia Clamoris. N. Veritas dupliciter potest impugnari. 1. Intentione formali, cum quis agnitam veritatem impugnat. 2. Intentione Virtuali, non curans siue doctrina vera sit, siue falsa. Eademque est ratio de eo, qui veritatem oppugnat, per culpabilem ignorantiam existimans esse falsitatem. Sic hæretici. Loquimur autem de oppugnatione, quæ serio fit: nam si exercitii causa ad explorandam alterius doctrinam, laudabilis est. 443.

Contentio seu veritatis impugnatio ex genere suo est mortale, oppositum paci & charitati, per quā tenemur proximo consentire in bonis ipsi necessariis. Veritas autē sæpe necessaria est proximo ad animæ salutem, Ergo eam contentiose tollere velle, est peccatum. (Hinc Galat. 5.) Additur cum confidentia Clamoris, clamor aggrauat.

NB. Oppugnationem cum clamore falsitatis ob-

T

scanda-



scandalū posse esse mortale. Quapropter disputatio de rebus fidei saepe vitiosa. 1. Ex parte disputantis non sit satis doctus, qualem Apostolus requirit Tit. 1. Et prohibetur laicis sub pœna ferendæ excommunicationis, sed hæc in casu necessitatis non habet locum, si laicus doctus, & deinde in Germania laicos priuatim disputare moris. 445.

Ex parte eorum coram quibus. Nam saepe indocti auditores vim obiectionum penetrant, quam vix intelligant earum solutionem, quare cōcionatores docti habent sibi cauere. 446.

2. Ex parte eorum, quibus. ū V. C. Pertinacibus reticis, apud quos nullus fructus. Melius ad conuersionem mandos conuersos sit, vt in concionibus eorum mendacia falsitatis ostendantur.

Deniq; addo ex D. Thoma: Cum bonum ex bona causa; malum autem ex quouis defectu sit, conueniens esse, vt bonæ ac laudabilis contentio in sua descriptione sit. *Impugnatio falsitatis, cum debito auaritia modo, congruo loco, tempore, &c. instituta.* 446.

Schismatis peccatum committitur, cum quis se segreget ab vnitate Ecclesiæ, prout ea est corpus vnicum ex diuersorum statuum fidelibus tanquam membris inter se, & cum vno capite Christo, et in terris vicario connexis. De quo Rom. 12.

Duplex est Modus schismatis. 1. Si quis se separet à capite Ecclesiæ, Pontifice, qua talis, nolens obedientiam sedi Apostolicæ præbere. Nam si contra hunc pontificem vt priuatam personā aut quia probabiter putat, non esse caput Ecclesiæ, non est schismaticus. 2. Si quis se separat à reliquis mēbris Ecclesiæ in cultu Religionis, Oratione, Sacramentis, &c. & c. orsum agit, quasi Ecclesiæ membrum non sit.

Duplex



Duplex iterum schisma, purum & iunctum cum hæresi, Purū ex sola voluntatis malitia reuivē obedientiam; idq; vel sola intentione vel operis executione, sufficit indirecta intentio se subtrahendi ab obedientia, v.c. Si Episcopi conuocent Synodum generalem, sine autoritate Papæ. 447.

Discrimen inter hæresin & schisma, quod illud interna mēte perficitur, & exterius solum significatur, ideoq; requiri errorem intellectuus pertinacem: At schisma externo opere consummatur, ideoq; sufficit ad id voluntarium indirectum & imputatiuum, sicut ad homicidium, &c.

Schisma cum hæresi requirit negationem, summū Pontificem esse verum caput Ecclesiæ.

Coroll. Schisma occultum non est verū Schisma: at occultus hæreticus est verè hæreticus, quia congregatio Ecclesiæ est per fidem, at vbi ea deest, deficit membrum.

NB. Qui separat se à suo Episcopo, vel particulari aliqua Ecclesiæ, nihilominus intendēs ac palam protestās, se manere in cōmunionē Ecclesiæ vniuersalis, & sub obedientia Papæ, is ppriè nō est schismaticus.

Pænæ Schismaticorum sunt Excommunicatio bullaris, tamen non extensa ad fautores. Item Inhabilitas ad beneficia, quæ etiā post pœnitentiam non tollitur, nisi per dispensationem.

## CAP. XII.

## De Bello.

Differt bellum à rixa & seditione: quod bellū est multitudinis contra extraneos: seditio contra multitudinē in eadē Republ. Rixa est paucorū cōtra paucos vel singulos. N. Bellū & rixa propriè actualē pugnam significant, seditio etiā præparationem.

T 2

Rixa



Rixa est contradictio verborum orra plerumque ex ira & procedens vsque ad verbera. Est ex genere mortali. At veniale vel propter vehementiam, vel leuitate, vt in pueris.

Bellum aliud est iustum, aliud iniustum.

Iustum duplex; defensiuum & offensiuum. Defensiuum est, quo quis per iniuriam illata repellitur, non solum publica sed etiam priuata auctoritate iniuris omni iure permissum est, in leg. 3. ff. de iust. Bellum offensiuum est, in quo vis infertur, vt vindicandae causa. Ad eius honestatem requiruntur 3. Conditiones; Legitima auctoritas, causa iusta, recta intentio, non ex odio, nec priuatae vindictae cupiditate sed amore iustitiae.

Affer. 1. Bellum offensiuum non nisi publicae auctoritate principis vel magistratus superiore agnoscens geri debet. est communis, ex S. A. *Ordo naturalis mortalium paci accommodatus hoc pro suscipiendi belli auctoritas penes principes fit.* Pro. Discrimen est inter Magistratus, quod alii super nullum agnoscant (vt Imperator, Reges, & Reipublicae liberae Venetorum, Genuensium, & Helueticorum) hi bellum offensiuum & defensiuum. Non omnis Respublica debet esse comparata, vt sufficiat ad publicum statum & quietem seruandam. Inferiores magistratus sunt inferiores (Duces, Ciuitates, & Municipii) non possunt offensiuum (licet defensiuum) bellum gerere sine licentia superioris magistratus. *gladium portat Rom. 13.* Hinc l. horres ff. de captiuitate & postliminio reuersis. predones appellantur, qui sine auctoritate Imperatoris bellum offensiuum gerunt. Excipe, si supremus magistratus negligat iniurias vindicare, tunc enim necessitas licentiae



dat, ne improbitas impunita maiores animos faciat.  
 N Prohibitæ etiam sunt Confœderationes & cõ-  
 uenticula, quæ sine authoritate Imperatoris fiunt. l.  
 denunciamus C. de his, qui ad Ecclesiam, & c. præter-  
 quam ad necessariam defensionem contra iniquos.

Affer. 2. Generalis iusta belli offensiui causa est ac-  
 cepta iniuria. Idq; iure gentium pro defectu proprii  
 iudicis ac vindicis, idcirco ipse princeps, qui vel cu-  
 ius subditi iniuriam passi, iudicandi & vindicandi  
 sceleris potestatem iure naturali consequuntur. NB.

Præmonitio tamen requiritur à læsoriũ principe,  
 vt coerceat subditos & cogat ad damnũ restitutio-  
 nis, quod si non, tunc bellum. Sed requiritur iniuria  
 grauis alias mortaliter consiliarii & principes pecca-  
 bunt, propter tot hominum cædem, & nisi sit è re ec-  
 clesiæ Catholiciæ & augmenti. 450.

Affer. 3. Particulares Causæ iusti belli sunt; 1. Vt  
 subditi rebelles ad obedientiam redigãtur, 2. Vt re-  
 cupereatur Prouincia, Ciuitas debita, si multum in-  
 terit boni communis. 3. Ad vindicandam grauem  
 contumeliam principi illatam 2. Reg. 10. 4. Vt vltio  
 sumatur de gente, quæ hosti iniustum bellum geren-  
 ti auxilium præbet. 2 Reg. 8. 5. Vt repellantur ii, qui  
 iniuste prohibent, ne nocentes puniantur. Iud. 20. 6.  
 Vt puniantur violatores fœderis initi cum Principe  
 non sine graui iniuria illius 4 Reg. 3. 7. Vt impetrẽ-  
 tur ea, quæ iure gentium permessa sunt, & per iniuriã  
 denegantur. v. c. Transitus sine mora, & sine nocu-  
 mento ex vna regione in aliam, vt habetur ca. vlt. 23.  
 q. 2. Eoq; sensu Cæsar: *Arma tenenti omnia dat, qui iusta*  
*negat.* 8. Vt sociis auxilium iustum afferatur, quod si  
 verò ab hostibus infestentur auxiliarii, tunc & ipsi  
 ius acquirunt per se bellum inferendi aduersariis 9. Si

T 3      populi



populi subiecti idololatæ, aut heretici, aliosq; in  
 lenfionem (etiam vicini Regis subditos) trahant.

NB. Si bellum iustū est formaliter respectu  
 principis, licet informatio Consiliatorum falsa, tunc  
 princeps non habet causam suspicandi de falsi-  
 tudine iudicium suum formare poterit informa-  
 tionum allegationibus. 451.

Affert. 4. Perspecta iusta belli causa, parti ad  
 ea prius insinuari debet, antequam bellum in-  
 tur: quod si parata, satisfacere, acceptari debet.  
 Deut. 20. Ratio quia bellare non voluntatis, sed  
 rationis est c. noli, 23. q. 1. bello coniuncta esse solent.

NB. Etiam post multū conflictū, quando iam  
 ex hostibus ceciderunt, si aduersarius condignam  
 satisfactionē offerat, acceptari debet ex charitate.  
 Delicet si iniusta ablata restituat belli expensas,  
 estimationem periculi, authores illarū iniuriarū.  
 NB. 2. Infideles asciscere licet in belli societate  
 se loquēdo, tamē per accidens & rōne si ad ali-

Præterea; Et si capti in bello iusto spectato  
 iustitiæ occidi possunt, tamē lex charitatis postulat  
 Dux belli habita ratione communis boni in cle-  
 mentia declinet, & multitudini parcat, excepto si de  
 culiari crimine, vel perduellionis, vel læsæ maiestatis  
 damnati vel conuicti sint, aut si id opus sit ad  
 eandem securitatem contra valde pertinaces. 4

Affert. 5. Subditi, qui de belli iustitia dubi-  
 tati, principi ita iubenti merito parent, idemq; dicitur  
 de milite cōductio. Ratio, quia in dubio quisq; ob-  
 dire debet Principi vel superiori suo, c. quid culp-  
 tur. 23. q. 1. Simili ratione si carnifex de iustitia du-  
 bitet, tamen iustè latam sententiā à iudice exequatur  
 quandoquidem ad ipsum non pertinet discutere.



Assert. 6. Milites extranei & voluntarii vocati ad bellum, de cuius iustitia dubitāt, vt in neutram partem prudenter assentiantur, militare plerunque non possunt. Ratio, quia nulla cogēte necessitate obediēdi, exponunt se periculo grauissimæ iniuriæ inferendæ. Dico plerunq; , etsi enim causa bellandi speculatiue quidē dubia videatur; p̄sumptio tamē sit principē cum cōsiliariis, examinata prius diligēter causa, idē bona fide ad bellum procedere possunt, nā debent habere indicia ad iuuandū in tam graui re. 453.

Milites paratos sequi indifferenter ad bellū quēcunq; , siue iustē, siue iniustē bellantem, non debent absolui, nisi propositum corrigant.

Quæst. 1. Quicunq; in iusto bello pugnāt, progredi possunt secundum iustum mandatum & voluntatem Ducis sui expressam, vel tacitam, ad agrorū vastationem, pagorum euersionem, hostium spoliationem, nocentium cēdem. Ratio, quia sunt executores iustæ sententiæ & vindictæ, quam supremus princeps in hostes decernit. Quod si Dux consultō nolit aut prohibeat, tunc peccant contra iusticiam, si damna inferant; si solum prohibeat, vt disciplina conseruetur, plerunq; non nisi venialiter, nisi se in graue periculum coniciant.

Nota: Si solum bellū instituaturs defensionis causa, tunc ea solum agere fas est, quæ ad præstādā pacem & securitatem ab hostibus necessaria sūt.

Si vero ad persequendam iniuriam materialē v. c. recuperandā ciuitatē, quæ iure principi debetur, sed ab altero per inuincibile ignorantia alieni iuris possidetur, tūc ea solū agere licet, quæ ad occupandā ciuitatē necessaria vidētur, & quar nus fieri potest, cū minimo hostiū dāno, & sine cōdēnatione ad expēsas: *quandoquidem nec in iudicio pars qua causa cadit, aut ex-*



*penfas alteri parti praestandas condemnari solet, nisi litigando in dolo vel culpa fuerit.*

Si verò bellū instituat ad vindicandā iniuriam formalem, tunc iustitiæ vindicativæ modum servare oportet, ut iniuriæ quantitatem pœna non excedat. v. c. Pago destructo ab hoste, non expedit totum regnum invadere, nisi hostes satisfacere recusent, & diu continent 454.

Quæst. 2. In bello licet infidiis uti, modo absint daciū, cū enim in bello fas sit hostibus nocere, & etiā erit occultando ipsis consilia, efficere, ut deceptor nocuum patiantur. Vide Ios. 8.

NB. Simulare in bello se esse socium hostis, quod est peccatū, sed propter invincibile ignorantia quod milites rectè se agere existimant, excusantur. At vero in promissionibus & pactis per simulationē aliquid dicere aut facere, iniuriosum est.

Quæst. 3. Innocentes per se occidi non possunt in bello, v. c. Infantes etiā Turcarum & hæreticorum Clerici, simplices rusticani, idq; secundum iuris presumptionem, donec contrarium ostendatur. Per accidens verò, si bellū geri, & ab hostibus victoria obtineri non possit, nisi occisis innocentibus, licitū est quando id ratio communis boni ita exigit.

Quod innocētes in veteri Deut. 20. occisi in bello, id ex speciali Dei mandato factum.

Dico 2. quod attinet ad spoliationē bonorū, si innocenti sint pars Reip. delinquentis, fas est omnia spoliare, mulieres ac infantes in captivitatē ducere.

Intellige si infideles, secus si Christiani; nā Christiani à Christianis capti, serui eorū efficiuntur, ob diuturnā consuetudinē vim legis obtinent, sed interdum pecunia, tanquā in præmiū victori oblata, redimuntur.



Porro ad hoc, quod tota Communitas deliquisse censeatur, necesse est, ut maior vel potior eius pars, quæ alioquin ad decernendum aliquid communitati sufficeret, delictum aliquod fieri, V. C. proditionis, apostasiæ, decreuerint, ita etiam innocentes bonis spoliari possunt &c.

NB. Quæræ hostium subditorum propter vexationes & spoliationes militum non sunt curandæ, si milites in expresso vel tacito consensu Ducis procedant, & alio modo debita vindicta sumi, & satisfactio impetrari non possit.

Atque huc spectant literæ repressaliarum, quibus princeps subditis aut militibus suis iniustum damnum passis potestatem dat inuadendi terram eorum qui damnum intulerunt, & occupandi etiam bona innocentum vsque ad compensationem damni, sed quia hæc repressaliæ species belli, ideo sine graui necessitate non concedendi, cum sint periculosa, & occasionem præbeant rapinarum; quod si repressaliæ contra Ecclesiasticas personas, id sub pœna excomm. ipso iure lata, prohibetur. 456.

NB. 2. Per accidens possunt naues & alia peregrinis & Clericis ad necessitatem belli auferri, ne hostes vrantur, tamen post bellum restitui debent.

NB. 3. Subditi innocentes rebellium principum in odium principis & vindictæ spoliantur, exceptis ijs, qui quantum in ipsis restiterunt rebeli, & adhererunt iustum bellum gerenti.

Quæst. 4. Fas est si iniuria hostium id mereatur, totam ciuitatem in prædam dare, licet grauißima crimina iuncta, supra, cædes innocentum, per accidens peccat Dux belli, permittens talia, quando ali-



ter pertinacia hostium frangi, nec pax alio modo obtineri non potest. 456.

Dico 12. Mobilia ab hostibus accepta, iure gentium capientium fiunt. Et constat ex l. si quid bello ff. de captiuis. *Quae ex hostibus capimus iure gentium nostram sunt; adeo quidem, ut & liberi homines (non Christiani) in seruitutem nostram deducantur.* Excipiuntur nisi alicubi mos, ut spolia ad Ducem afferantur, quae pro meritis distribuat, nec iusta spolia computari debent in compensationem debiti principalis, quod iuste bellans ab hoste iure exigere potest. 456.

Dico 3. Mobilia ablata ab hostibus, quae hostes ante ab alijs iniuste caeperant, ea secundum ius Caesareum sunt capientium, neque pristinis dominis restituenda, postquam in locum tutum reposita. Ratio id postulat communis boni per consuetudinem introducta, tum ad militum animos excitandos, tum ad innumeras lites tollendas. Sed et ea, quae postliminij iure gaudent, ut currus, naues, nerariae comearum.

Dico 4. Immobilia, quae occupantur, quatenus iustam damni compensationem vel pro iniuria satisfactionem non excedunt, pertinent ad principem, verò ab hoste, cui erepta sunt, iniuste possessa fuerant, pristinis Dominis restituenda.

Quaest. 5. Fides publica à Magistratu data, quae buscunque hostibus publicis, etiam infidelibus atque haereticis omnimodo seruanda est, ex August. epistola 205. ad Bonifacium. *Fides quando promittitur, etiam hosti seruanda est, contra quem bellum geritur.* Prob. Quia foedera publica gentium iure introducta sunt, idque propter necessitatem, quia alias nulla



nulla pax aut societas inter humanum genus consistere possit. 457.

Intelliguntur autem hæc, dummodo fœdus ex obiecto malum non sit, consequenter nec obligatorium.

Neque verò tergiuersationi locus est, quod pars altera ad fœdus ineundum per vim iniustam adacta sit. Cum enim paciscentes superiorem iudicem non habeant, qui causa cognita ipsis ius dicat, quælibet pars possit dicere sibi vim iniustam illatam, ac proinde fœdus à se rescindi posse. At verò si priuatus alteri priuato vim iniustam inferenti, promissionem faciat metu adactus, licet eiusmodi pactio mero iure valeat, potest tamen propter æquitatem rescindi, iuxta prætoris edictum: *Quod metus causa gentium est, ratum non habeo.* lib. 4. ff. tit. 2.

Deinde tergiuersationi locus non est, etiamsi postea appareat fœdus publica autoritate initum principi paciscenti perniciosum esse, dummodo ex obiecto malum seu iniquum non sit.

At verò fœdera inter priuatos, si vergunt in perniciem principis, rescindi possunt, cum in omni fœdere & promissione intelligi debeat exceptum ius superioris, quippe cui subditus præiudicare non potest. c. venientes, de iureiur. Sin verò fœdus aut promissio alieno Principi facta in publicam perniciem non cedat, V. C. si quis tyranno reditum, vel redemptionis precium iuratus promiserit, fides seruanda est.

NB. 1. Pacta inita inter duos reges non possunt rescindi, ne quidem Ecclesiastica autoritate: nam soluendi potestas data est Ecclesiasticis



fticis in aedificationem, non in distractionem: at vero talis relaxatio foederis tenderet contra ius gentium, adeoque cederet in magnum detrimentum societatis humanae. 458.

Dico 2. Si foedus publicum initum, successu temporis cedat in magnum detrimentum Ecclesiae, tunc summus Pontifex indirecte cogendo alteram partem, ut remittat, potest rescindere: quia id postulat bonum Regimen Reipublicae Christianae; Et Catholici Reges non alia conditione sua foedera constituere censentur, nisi ut salua interim sit Ecclesia Christianae incolumitas.

Dico 3. Si a Christiano Rege foedus publicum fiat cum infidelibus, nulla ratione potest pontifex relaxare; ratio, quid id cederet in contemptum Ecclesiae et si ecclesiae perniciosum a Christo supremo Rectore sperandum est auxilium.

Dico 4. Si foedus publicum cum haereticis fiat, non potest autoritate Pontificis relaxari, quia hoc cederet in detrimentum Ecclesiae, & cum haereticis omni foedere exclusam velint Papalem relaxandam potestatem; ideo apud ipsos & omnes nationes infideles, blasphemabitur nomen Domini, si dicamus nos cum consensu pontificis foedera publica, contra ius gentium, erga hostes violare posse.

Quod haeretici de Iesuitis asserunt, eos docere haereticis fidem seruandam non esse, mera calumnia est.

Obiectio de Iohanne Hussio, quasi ipsi fides seruata non sit, diluitur. 1. Quis Sigismundus dedit saluum conductum in forma iuris communis, id est, salua executione iustitiae. 2. Quia Hussius post saluum conductum fugam arripuit, quae ipsi sub poena capitis



capitis ab Imperatore prohibita erat. 3. Ipsamet Synodus Conitantiensis, sess. 19. demonstrat à seculari potestate per saluum conductum alicui datum, Ecclesiasticæ ac superiori Iurisdictioni, nullum præiudicium generari posse, quominus contra pertinaces ad punitionem procedere possit. 459.

Quæst. 6. Capti in bello fugere possunt, & res hostium asportare, dummodo scandalum & specialis permanendi pollicitatio absit. Id enim iure gentium introductum, & est ius postliminij. I. in bello. I. nihil interest. ff. de captiuis. Accedit quod hæc pœna perpetuæ seruitutibus naturali propensione admodum repugnet, ut eam sustinere, si quis fugere possit, valde difficile sit. Nec obstat, quod si rursus deprehendantur, puniantur: nam etiam fugitivi damnati ad mortem puniuntur, etiam si fugiendo nihil peccarint.

Dico 2. Capti in bello iniusto V. C. Christiani à Turcis, non solum licitè fugere possunt, sed etiam speciali obligatione manendi aut iuramento, sed etiam in compensationem damni illati res hostium auferre possunt, Ratio, quia si nemo adsit, qui iustitiam administraturus est, potest quilibet, si scandalum cesset, per se ipsum accipere, quæ sibi liquidò debentur, non obstantibus inducijs, quæ non extendunt se eò, ut qui hæctenus oppressi, ius suum recuperare non possint.

Dico 3. Peregrini Christiani inter Turcas versantes, si quid auferant pro furibus habendi. Prob. Quia Turcæ veri domini sunt bonorum mobilium, excipe, si quid per iniustitiam à Christiano peregrino extorserunt, licitè possunt tantundem à Turcis auferre. 460.

Dico



Dico 4. Turcæ tempore Induciarum inter Christianos versantes non possunt spoliari à Christianis, at tempore belli possunt, etiam à quavis priuato subdito ex præsumpta voluntate principis.

Quæst. 7. De peccatis in bello fieri solitis: 1. Dux peccat si iusta stipendia militibus non provideat. Vnde stimulantur ad rapinas, ad quarum restitutionem Dux tenetur. 2. Si non seruet disciplinam militarem, quantum in se, alias ad restitutionem damnorum obligatur.

Quod si timeatur secessio militum, & propter diuturnum bellum non omnes milites solui possint, tunc permitti possunt aliqua minora mala ad maiora incommoda vitanda, & incolæ æquo animo perferre debent.

Peccata Ducum supremo sub ordinatorum sunt. Si milites absque necessitate temerè exponant inter necioni. 2. Si sine necessitate in locis fætidis castra figant. 3. Si in solutionibus iniustis præiudiciis permittuntur vtantur. 4. Si cum damno Reipublicæ non compleant numerum militum, & tamen accipiunt pecuniam. 5. Si dimissis veteranis, nouos & ineptos substituunt stipendio minori. 6. Si retineant stipendia & permittant militibus à rusticis extorqueri sibi necessaria. 7. Si transiunt per ciuitates ad vexam accipiant pecunias.

Alij Officiales peccant; 1. Si victualia exercitus necessaria conuehi negligant, aut corrupta vendant. 2. Si propter lucrum aliam materiam pulueri tormentario admisceant. 3. Si pro cibo & alijs plus accipiant quam decet. 4. Si accipiant pecuniam



niam à domibus ad redimendam vexam , & alios grauant magis.

Denique milites omnes , ratione stipendiorum peccant , & sub mortali tenentur restituere. 1. Ut Duci obtemperent , in acie consistant , nec facile fugiant. 2. Ut stationem seruent , arcem sibi commissam defendant , etiam cum periculo vitæ , quamdiu spes defendendi superest , alioquin capite plectuntur. iuxta l. 2. ff. ad legem Iuliam Maiest. 4. Ut sine Ducis licentia non discedant ab exercitu propter damnum , quod inferunt fugâ suâ. 5. Milites suis stipendijs contenti esse debent. Luc. 3. ideoque innocentes non grauare. Et licet milites in solutione stipendij dilationem iniustam patiantur , tamen non ided licitum est innocentes spoliare , quia bona aliena non sunt oppignorata militibus pro stipendio.

Quod si in grauiissima necessitate milites cogantur spoliare innocentes ; princeps tenetur ad restitutionem damnorum , quatenus moraliter potest , si causa iniustæ detentionis exitit , quod si sine sua culpa , non amplius obligatur ; quam inde locupletior redditus est.

Quæst. 8. Clerici iure Ecclesiastico extra necessitatem propria pignorare non debent. Prob. quia indecens est , vt qui Spirituali militiae se tradiderunt , arma vel negotia secularia tractent. iuxta 2. Timoth. 2. *Nemo militans Deo , &c.* Accedit , quod Clerici ordinantur ad ministerium altaris , in quo sanguis Christi repræsentatur. Ergo , Clerici non debent alie-



alienum sanguinem fundere, sed parati esse pro-  
 prium pro Christo. Hinc ab Ecclesia constitutum,  
 qui hominem extra necessitatem occidit vel mutilat,  
 fiat irregularis, laicus sine peccato, Clericus cum  
 peccato. Dixi iure Ecclesiastico, nam iure naturali  
 non prohibitum, hinc pontifex potest dispensare, sicut  
 in veteri Exod. 32. Leuitæ laudantur à Moysè, qui  
 contra Idololatrias pugnarunt. Dixi manu propria  
 quia de consensu superiorum possunt interesse be-  
 lo, vt Parochi & Confessarij tum non audent iube-  
 occidere & mactare hunc vel illum, sed consulerent  
 fortiter pugnent pro patria, & generatim hostes oc-  
 cidant. Vt Henriquez. 463.

Deinde Clerici possunt 1. alijs bellum iustum  
 suadere. 2. principem secularem in subsidium, con-  
 tra infideles inuocare. 3. Principes Episcopi Ger-  
 mania possunt bellum legitima autoritate indi-  
 re, militem conscribere, sed ipsi sine licentia Pa-  
 non debent esse Duces.

Dixi 3. Extra necessitatem. Nam in necessitate  
 sine dispensatione possunt Clerici propria manu  
 pugnare. 1. Si id necesse ad defensionem propria  
 vitæ. 2. Si necesse ad defensionem proximi inno-  
 centis, Reipub multum utilis. 3. Si necessarium  
 defensionem patriæ aut ciuitatis contra iniustos  
 uasores. 4. Si necessarium ad victoriæ, ex qua  
 Ecclesiæ multum pendet, consecutionem. Ordinarij  
 autem talis necessitas non occurrit in bello, præter-  
 tim offensiuo, cum laici sufficienter haberi possint.

NB. 1. Clerici in maioribus pugnantibus peccant  
 mortaliter; in minoribus, gaudentes priuilegio for-  
 & canonis, venialiter, non gaudentes non peccant.  
 Quod si beneficiati, timendum est, ne mortaliter  
 peccent.







alterum per accidens siue passiuum Datum iuxta  
duplex, vel inductiuum ad peccatum in genere  
ris, consilio, iussu, vel proprie inductiuum suapte  
tura occasionem praebens peccati, idque vel ob  
uè, vt si coram alijs die interdicto carnes comes  
vel in genere causae materialis; vt si Principium  
bellanti pecunias concedas, sine consilio. Nec  
est ad peccatum scandali, vt ruina proximi sequa  
fed satis est, si sequi possit, ex opere suapte  
cum circumstantiis considerato.

Scandalum passiuum (acceptum) est, cum &  
ter operantis intentionem & praeter naturam op  
alter occasionem peccandi accipit. Diuiditur  
scandalum pusillorum, quod ex ignorantia vel  
mitate prouenit, vt in scandalum Phariseo  
quod ex mera malitia ortum habet.

3 Assert. 1. Nullo casu licitum est, alteru  
ducere iussu vel consilio expressè vel tacitè  
quod ab eo sine peccato fieri non potest. S  
tur ex Matth. 8. *Va homini, &c.* Ratio, qu  
pugnat praeepto negatiuo iuris naturae, *Ne  
ximum in peccatum inducas.* Quare talis induc  
semper mala, & contra Charitatem & m  
cordiam.

Exinde resolues non esse licitum, vt petas  
dote, qui iurisdictione caret, vt te ab  
ne licitum, vt alterum inuites ad bibendum  
que ad ebrietatem, quia haec omnia sine pec  
to non possunt fieri. Esto sint ipsi parati ad bib  
dum vel ad peccandum, & tu non causa sis in  
mali propositi, causa es tamen peccati secund  
executionem.

Assert. 2. Ad peccandum materialiter



cooperari licitum est, requisitis 3. conditionibus.  
 1. Ut cooperatio secundum se moraliter bona vel in-  
 differens sit. 2. Ut bona intentione fiat. 3. Ut pro-  
 ximi peccatum impedire nequeas vel non debeas. Ita  
 Dominus Deus ex debita dispositionis & prouiden-  
 tia sua lege, in genere causæ efficientis concurrat,  
 non præueniendo, sed concomitando ad opus ma-  
 teriale peccati. Et vxor tenetur reddere debitum  
 coniugi voto castitatis obstricto, si eum aliter à pro-  
 posito auocare non possit. Peccauit tamen si scien-  
 ter contraxit cum tali, quia talis dispensatio fuit  
 iniuriosa Deo. Et parochus tenetur Euchari-  
 stiam porrigere excommunicato & hæretico oc-  
 culto, si publicè potest. Et Confessarius te-  
 netur Communionem præbere petenti, licet e-  
 ius indispositionem ex Sacramentali Confessione  
 cognitam habet.

NB. Catholicus ob consuetudinem loci licitè  
 cum hæretica contrahit. Licet enim sacerdos, vt  
 publicus minister non debeat ministrare Sacramen-  
 ta indignis, tamen sponsus vt priuata persona tum  
 potest, qui vititur iure naturali contractus cele-  
 brandi, cui ratio sacramenti accessoriè coniu-  
 cta est.

Eodem modo licet in ciuitatibus, vbi permissum  
 maioris mali vitandi causa, meretricibus domos lo-  
 care, pro lupanari permissiue; item fas est, amicum  
 qui violandi ieiunij gratia ad cauponem diuertere  
 cogit, domum secum abducere, & cœnam mini-  
 strare hospitalitatis gratia. Item fas est, in ciuita-  
 te, in qua Catholici mixtim cum hæreticis vi-  
 uunt, die interdicto carnes in Caupona apponere

V 2

postu-



postulantibus , posito, quod alij sint appo-  
ri, &c.

NB. Irato & furioso ensẽm præbere potes, si  
liquin te esset occisurus.

NB. Catholicus non potest pagum Catholicum  
vendere hæretico principi, nisi grauiissima necessitas  
vrgeat, ob scandalum & periculum animarum, quod  
rum maior ratio habenda, quam temporalium con-  
modorum.

Cooperatio materialis ad peccatum, quanto  
motior est, tantò facilius ob causam rationalem  
mittitur: V. C. fundere campanam concessum esse  
cet aliqui abuturi ad hæresim, sed longè grauior  
cessitas requiratur, vt liceat pulsare ad conciones  
reticorum; quia tale opus valde propinquum ac-  
se ad hæresim ordinatur. Si tamen V. C. æditum  
templo hæretico hætenus seruiuit, fiat Catholicum  
& non possit ob necessitatem seruitium suum  
gnare, potest absolui & manere, si promittat, quod  
quam primum rerum statum mutare poterit, mutet  
absit scandalum & virtualis professio falsæ fidei,  
manifestum sit, quod ministeria pulsandi, afferendi  
panem & vinum, solum fiant materialiter, tanquam  
indifferentia, & non quatenus ordinantur ad ex-  
tia hæreticorum.

Vnde vlt. ius resolues. 1. Christianis captiuis  
cessum remigare in Turcarum triremibus contra  
Christianos, & arma afferre, quia necessitas & metus  
mortis exculant, & alij essent, qui cooperarentur,  
quod si verò ex illorum denegatione magna victoria  
esset speranda Christianis, teneretur potius mortem  
obire, quam remigare, idque ex lege Charitatis.

2. Incolas prouinciæ occupatæ à Tyranno, & ex-  
pulso



pulso legitimo Principe, posse excubijs, fessione & contributione iuuare, quatenus opera illa secundum se indifferentia sunt, absq; intentione bellandi, quia si incolæ recusarent, maioribus periculis se exponerent, & existimandum est legitimum principem interim consentire, vt eiusmodi obsequia Tyranno præstent, ad maiora mala vitanda: quæ autem in maius damnum principi aut Catholicæ Religionis oppressionem cessura sunt, ea subditi à Tyranno adacti præstare non possunt, multo minus se iuramento obligare.

3. Fas est patrifamilias famulo vel filio de furto suspecto pecuniam apponere; vt eum depræhensum efficaciter emendet, quia id non est formaliter cooperari ad peccatum, sed materiam peccati ministrando permittere, ad grauius malum impediendum.

4. Fas non est patrifamilias in die ieiunij cœnam ministrare familiæ obligatæ ad ieiunium, quia est cooperatio propinqua, & sine ea, vt ponimus, peccatum probabiliter non committeretur: eodem modo non licet cauponi in ciuitate Catholica extra necessitatem carnes hæretico proponere.

5. Fas non est Pharmacopolæ venenium Cuius vendere, sed solum ad vsum medicinæ vtentibus.

6. Fas est famulo meretricem heri sui in domum intrmittere, &c. quia talis cooperatio est satis remota, non verò fas est literas ad meretricem amatorias adferre, quia hæc vix fiunt sine aliqua inductione mulieris ad peccatum, ideoque speciem lenocinij continent.

Qui exemplo suo, alios V.C. ad furandum monet, duplici peccato se obstrinxit, quare talis circum-



stantia scandali, seu inductionis ad peccatum in confessione explicanda est.

NB. Inductus ad furandum non tenetur ad restitutionem, nisi suasio aut iussio efficax antecesserit, homo alioquin non fuisset furaturus, tunc enim peccat contra Charitatem, etiam contra iustitiam. Eodem modo, si quis occisori ea intentione ea commodasset, ut occideret, tenetur ad restitutionem iniusti damni.

NB. Qui peccat coram alijs absque periculo alios inducendi in peccatum, non peccat peccato scandali. Fieri enim potest, ut vel praesentes tam constantibus sint in virtute, ut non scandalizentur, veliam fieri potest, ut praesentes nihilominus sint peccati ad peccandum.

Sollicitare foeminam ad peccatum, est circumstantia manifestanda, ut pote notabiliter augens malitiam scandali.

7 Minus peccatum suadere non licet, ut vitetur maius, nisi illud minus sit pars, formaliter aut virtualiter contenta in maiori peccato. Tunc enim suadere minus non inducit hominem ad peccatum, sed abducit eum a parte peccati, cum a toto auertere non possit. Erubescit minus malum, non quia malum, sed quia minus seu diminutio mali, quae bona est, quia formaliter non comparatiue mala. V.C Si quis animo debeat adulterium committere, suadere potest ei, ut possit cum soluta (si alio modo abduci non possit, sed non cum hac soluta, sed in genere) fornicetur: quia malitia fornicationis formaliter in adulterio continetur tanquam pars in toto.

NB. Loth non induxit filias ad peccatum sed permissiue se habuit erga Sodomitas.

NB. Ad



NB. Acta tyranni valida sunt propter consensum populi.

Scandalum passiuum, seu merè acceptum ex nostra operatione permittere possumus, si rationabilem operandi causam habeamus. Ratio, quia permissio scandali passiuo repugnat præcepto affirmatiuo virtutis misericordiae, vt spiritualement proximi ruina impediamus vel tollamus; id autem non semper obligat, sed circumstantijs certis occurrentibus. V. C. si non possis habere celebrantem alium, nisi concubinarium die festo; si autem possis habere sacerdotem bonum, non debes accipere concubinarium: quia charitatis, & misericordiae lege obligamur, sicut proximi alia incommoda; ita etiam peccata tollenda vel impedienda si facile possumus.

*Regula.*

**S**i peccatum, quod à proximo committendum timeretur, multum superet in genere suo, quantitatem damni nostri, tunc lex Charitatis postulat, vt opus intermittamus, & propriū damnū tēporale, maiori spirituali damno proximorum posthabeamus; dummodo scandalū ex mera malitia non proueniat.

Vnde resolues: Abrahamum excusandum à peccato, qui vt vitam propriam tueretur, dixit Saram uxorem suam sororem esse, permitiendo, vt Ægyptij occasionem acciperent, mulierem rapiendi, cuius pudicitiae confidebat. NB NB.

Praelatus Ecclesiae interdum debet exactionem debitorum differre ob scandalum infirmorum non item propter scandalum Pharisaicum, siue ex malitia, quia praelatus, (Tutor) non est absolutus dominus bonorum Ecclesiae, vt arbitrato suo possit remittere.



10 Mulier aliquanto tempore domi se continere debet, & die etiam festo semel atque iterum à missarum dirione abstinere, si sciat ex aspectu suo adolescentem ob infirmitatem scandalum passurum.

NB. Fœmina debet omittere peccatum in confessione, ex quo intelliget Confessarium (si aliter confiteri non licet) graue scandalum passurum esse. Et coniugata potest intermittere ieiunium, si intelligit maritum occasionem grauis dissidij inde accepturum: Ratio, quia concurrente duplici præcepto vno legis naturalis de impedienda spirituali rui proximi; alteri positivo de ieiunando, aut confessionis integritate seruanda; maius & fortius est naturale.

11 Excessus in corporis ornatu per se loquendo, est peccatum tantum veniale, sicut excessus in apparatus conuiuiorum, & ædificiorum; Ratio, quia quantum aliquid non est per se malum, sed indifferens, excessus in appetitu, vel usu illius (deposita omni malitia extrinseca) non est nisi veniale, V. C. fucis utri, modo absit intentio alios incitandi ad turpem amorem. Vt iusti muliebri viro in comœdijs nullum peccatum, ex leuitate veniale tamen potest fieri mortale per accidens ob scandalum.

NB. Mulier peccat mortaliter, si sciat aliquem lapsurum in mortale ob aspectum eius & pulchritudinem luxu vestium; item si habitus eius sit turpis, & per se ac directè ad libidinem prouocans; item si inducat morem nudo pectore incedendi, secus si sit  
moris.